An. et vol. XXXXI 29 Septembris - 3 Octobris 1949 (Ser. II, v. XVI) - N. 11-12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Conto corrente con la Posta

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Constitutiones Apostolicae, p. 433, 481 - Litterae Apostolicae, p. 440, 486 - Epistulae, p. 448 - Nuntii radiophonici, p. 454.

Acta SS. Congregationum: *S. C. pro Ecclesia Orientali*: Decretum, p. 463 - *S. C. de Disciplina Sacramentorum*: Instructio, p. 493 - *S. C. de Propaganda Fide*: Decreta, p. 464, 512; Provisio Ecclesiarum, p. 468; Nominationes, p. 469 - *S. C. Rituum*: Decreta in causis beatificationis et canonizationis Servorum Dei, p. 469; Decretum de re liturgica, p. 476.

Acta Tribunalium: *S. Paenitentiaria Apostolica*: I. Monita, p. 513; II. Facultates, p. 518.

Diarium Romanae Curiae: Segreteria di Stato: Nomine e Onorificenze, pp. 478, 522.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XLIX

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Editrice Vaticana

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 800 — extra Italiam, Lib. 2000 seu $ 4
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 75 — extra Italiam, Lib. 180 seu $ 0,35

Libraria Vaticana subnotatoribus fasciculos Commentarii mittere potest etiam via aëres, charta indica impressos.

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXXI, n. 11 - 29 Septembris 1949)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

PAG.

I. *Lagosensis* (Oyoënsis). - A Vicariatu Apostolico Lagosensi pars septentrionalis seiungitur, quae in Praefecturam Apostolicam Oyoënsem nomine erigitur. - 3 Martii 1949 . . . 433

II. *De Bellary* (Bellaryensis). - Missio « sui iuris » de Bellary, in Indiis Orientalibus in dioecesim erigitur, sub nomine « Bellaryensis », quae suffraganea constituitur Metropolitanae Ecclesiae Madraspolitanae. - 10 Martii 1949 435

III. *Stanleypolitanus* (Wambaënsis). - A Vicariatu Apostolico de Stanley Falls, in posterum Stanleypolitano nuncupando, pars seiungitur, quae in novum Vicariatum Apostolicum, nomine Wambaënsem, erigitur. - 10 Martii 1949 437

IV. *De Bandjermasin* (Bandjermasinensis). - Praefectura Apostolica de Bandjermasin, in Archipelago Indonesiano, ad Vicariatus Apostolici gradum evehitur Bandjermasinensis nomine. - 10 Martii 1949 439

LITTERAE APOSTOLICAE

I. *Suae Cathedralis.* - Cathedralis Ecclesia S. Agathae, V. M., in Civitate Gallipolitana exstans, titulo ac privilegiis Basilicae minoris decoratur. - 13 Iunii 1946 440

II. *Cuschensem antiquam.* - Ecclesia in honorem B. Mariae Virginis de Mercede Deo dicata, in civitate vulgo « Cuzco », Basilicae minoris titulo honoribusque augetur. - 2 Decembris 1946 442

III. *Geminae sanctitatis.* - Sanctus Bernardinus Realino, Confessor, Carpensis civitatis ac dioecesis Patronus constituitur aeque principalis cum Sancto Bernardino Senensi. - 25 Martii 1949 443

IV. *Inter vastam.* - Titulus ac privilegia Basilicae minoris conferuntur Ecclesiae Abbatiali Ordinis Cistercensium Reformatorum, B. Mariae Virgini « de Gethsemani » dicatae, in civitate vulgo « Kentucky » intra fines Ludovicopolitanae archidioecesis. - 3 Maii 1949 446

EPISTULAE

I. *Auspicato sane contingit.* - Ad Revmum P. Schweiger Petrum, Moderatorem Generalem Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. Mariae Virginis: primo saeculo exeunte ab eadem Congregatione condita. - 16 Iulii 1949 . . 448

II. *Decennium dum expletur.* - Ad Emum P. D. Adamum Stephanum tit. S. Mariae Novae S. R. E. Presbyterum Cardinalem Sapieha, Archiepiscopum Cracoviensem, atque ceteros Excmos PP. DD. Poloniae Archiepiscopos, Episcopos locorumque Ordinarios. - 1 Septembris 1949 450

NUNTII RADIOPHONICI

I. Christifidelibus Helvetiae datus, ob Conventum Unionis Popularis Catholicae, Lucernae coadunatis. - 4 Septembris 1949 454

II. Christifidelibus datus e tota Germania ob Septuagesimum tertium Conventum in urbe Bochum, in Westfalia, coadunatis. - 4 Septembris 1949 . . 458

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

Lycopolitan. Coptorum. - Decretum. Eparchiae Lycopolitanae Coptorum fines declarantur. - 15 Iulii 1949 . . . 463

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I. *De Salem.* - Decretum. Dioecesis de Salem clero saeculari indigenae committitur. - 3 Martii 1949 464

II. *Stanley Falls* (Stanleypolitan.). - Decretum. Vicariatus Apostolicus de Stanley Falls deinceps « Stantelypolitanus » appellabitur. - 10 Martii 1949 465

III. *De Kassai Superiore* (Luluaburgen). - Decretum. Vicariatus Apostolicus de Kassai Superiore deinceps « Luluaburgensis » appellabitur. - 10 Martii 1949 466

IV. *De Ucayali - Portus Monaldi* (Amboinaënsis). - Decretum. Vicariatus Apostolicus Novae Guineae Neerlandicae deinceps « Amboinaënsis » appellabitur. - 12 Maii 1949 467

V. Provisio Ecclesiarum 468

VI. Nominationes 469

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I. *Bononien.* - Decretum introductionis causae pro beatificatione S. D. Iosephi Bedetti, Sacerdotis saecularis e Tertio Ordine Servorum B. M. V. - 2 Ianuarii 1949 469

II. *Sinarum.* - Decretum reassumptionis causae pro canonizatione Beatorum

(*sequitur pag. III*)

An. et vol. XXXXI 29 Septembris 1949 (Ser. II, v. XVI) – N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LAGOSENSIS
(OYOËNSIS)

A VICARIATU APOSTOLICO LAGOSENSI PARS SEPTENTRIONALIS SEIUNGITUR, QUAE IN PRAEFECTURAM APOSTOLICAM OYOËNSEM NOMINE ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo validius divini nominis gloria inter gentes, nondum evangelica luce penitus collustratas, promoveatur; atque christifideles uberiora habeant salutis pabula, peropportunum visum est amplissimum Vicariatus Apostolici Lagosensis territorium, intra Occidentalis Africae Britannicae fines, bipartire et novam exinde erigere Praefecturam Apostolicam in septentrionali illius Vicariatus parte, in qua dilecti Filii Societatis Missionariorum Africae, quintum iam annum sedulo illic adlaborantes, laetos, uti accepimus, fructus retulerunt. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationis de Propaganda Fide regimini praepositorum consilio, attenta quoque venerabilis Fratris Davidis Mathew, Archiepiscopi titularis Apameni in Bithynia, Delegati Apostolici Africae Orientalis et Occidentalis Britannicae, favorabili sententia, Nos, suppleto, quatenus opus sit, quorum in-

An. et vol. XXXXI 29 Septembris 1949 (Ser. II, v. XVI) – N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LAGOSENSIS
(OYOËNSIS)

A VICARIATU APOSTOLICO LAGOSENSI PARS SEPTENTRIONALIS SEIUNGITUR, QUAE IN PRAEFECTURAM APOSTOLICAM OYOËNSEM NOMINE ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo validius divini nominis gloria inter gentes, nondum evangelica luce penitus collustratas, promoveatur; atque christifideles uberiora habeant salutis pabula, peropportunum visum est amplissimum Vicariatus Apostolici Lagosensis territorium, intra Occidentalis Africae Britannicae fines, bipartire et novam exinde erigere Praefecturam Apostolicam in septentrionali illius Vicariatus parte, in qua dilecti Filii Societatis Missionariorum Africae, quintum iam annum sedulo illic adlaborantes, laetos, uti accepimus, fructus retulerunt. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationis de Propaganda Fide regimini praepositorum consilio, attenta quoque venerabilis Fratris Davidis Mathew, Archiepiscopi titularis Apameni in Bithynia, Delegati Apostolici Africae Orientalis et Occidentalis Britannicae, favorabili sententia, Nos, suppleto, quatenus opus sit, quorum in-

tersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis ac certa scientia, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ab Apostolici quem memoravimus Vicariatus Lagosensis territorio portionem distrahimus, quae civiles, ut aiunt, *divisiones* de *Oyo* et de *Ife Ilesha,* nec non districtum civilem de *Oshogbo* complectitur, et novam Praefecturam Apostolicam, *Oyoënsem* nuncupandam, erigimus et constituimus, quam praefatorum sedulis Societatis Missionariorum Africae sodalium curis, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, committimus. Huic igitur novae Praefecturae Apostolicae Oyoënsi eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ita disposita ac constituta, rata ac valida esse volumus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur ostensis. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario id attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo nono, die tertia Martii mensis, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
S. Collegii Decanus.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus.

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXVII, n. 38. – Al. Trussardi.

II

DE BELLARY
(BELLARYENSIS)

MISSIO « SUI IURIS » DE BELLARY, IN INDIIS ORIENTALIBUS IN DIOECESIM ERIGITUR, SUB NOMINE « BELLARYENSIS », QUAE SUFFRAGANEA CONSTITUITUR METROPOLITANAE ECCLESIAE MADRASPOLITANAE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolica Sedes, probe noscens catholici orbis circumscriptiones in dioeceses constitutas melius haud dubie respondere firmiori ac stabiliori christifidelium regimini, ad dioecesis gradum et dignitatem aliquando evehit enascentes illas inter infideles populos ecclesias, in quibus christiana religio non mediocres fecerit progressus. Cum itaque in Missione « sui iuris » de Bellary, in Indiis Orientalibus, proptem auctum catholicorum numerum et alia postremis hisce annis suscepta incrementa, haud diversis conditionibus vigeat Ecclesia ac multis aliis « Unionis Indiae » Status locis, in quibus hierarchia catholica plures iam annos constituta est, Nos, attenta commendatione venerabilis Fratris Leonis Petri Kierkels, Archiepiscopi titularis Salaminensis, in « Unionis Indiae » Statu, Delegati Apostolici, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, Missionem quoque illam in dioecesim constituendam censuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa ac certa scientia, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praefatam « sui iuris » Missionem de Bellary in novam erigimus Dioecesim, quae a Bellary urbe *Bellaryensis* nuncupanda erit. Huius Dioecesis sedem in Bellary urbe, a qua Dioecesis ipsa nomen mutuatur, statuimus: quam propterea ad Civitatis episcopalis fastigium extollimus. Episcopi vero cathedram in ecclesia Deo in honorem S. Antonii dicata, in illa urbe exstante, figimus, quam proinde ecclesiam ad Cathedralis gradum et dignitatem evehimus, eique et Bellaryensibus pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et insignia, quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi fruuntur, cum adnexis oneribus et obligationibus. Novam hanc Dioecesim suffraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae Madraspolitanae, cuius Archiepiscopi metropolitico

iuri Bellaryenses pro tempore Episcopos subiectos volumus. Dioecesim autem ipsam Ordini Fratrum Minorum, cuius sodales ibidem sollerter iam adlaborant, concredimus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum. Quum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus Canonicorum Capitulum in ipsa Dioecesi modo instituatur, indulgemus ut interim pro Canonicis, Dioecesani Consultores ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur. Quod vero attinet ad huius novae Dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad seminarii dioecesani constitutionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi servanda iubemus quae sacri canones et decreta synodalia in Statu « Unionis Indiae » vigentia praescribunt. Mensae episcopalis dotem constituent congrua redituum et bonorum pars ad praedictam Missionem « sui iuris » pertinentium, nec non Curiae emolumenta et oblationes quae a fidelibus praeberi solent. Ad quae omnia ut supra constituta exsecutioni mandanda venerabilem quem iam memoravimus Fratrem Leonem Petrum Kierkels, in Statu « Unionis Indiae » Internuncium Apostolicum, vel eum qui in executionis actu Internunciaturae illi praeerit, eique propterea necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus authenticum peractae executionis actorum exemplar ad S. Congregationem de Propaganda Fide quam primum transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus, non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus

denique ut harum Litterarum transumptis, vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae praesentibus Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo nono, die decima Martii mensis, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
S. Collegii Decanus.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus.

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXVII, n. 29. – Al. Trussardi.

III

STANLEYPOLITANUS
(WAMBAËNSIS)

A VICARIATU APOSTOLICO DE STANLEY FALLS, IN POSTERUM STANLEYPOLITANO NUNCUPANDO, PARS SEIUNGITUR, QUAE IN NOVUM VICARIATUM APOSTOLICUM, NOMINE WAMBAËNSEM, ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Evangelizationis inter infideles operi aptius faciliusque haud dubie consulitur, si amplissima plerumque Missionum territoria dismembrentur et novae exinde Missiones constituantur. Perutile itaque visum est Vicariatum Apostolicum de Stanley Falls intra Congi Belgici fines extantem, qui nimia redundat amplitudine, bipartire et novum exinde Vicariatum illic constituere. De consilio igitur venerabilium Fratrum No-

strorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, attento quoque venerabilis Fratris Ioannis Dellepiane, Archiepiscopi titularis Stauropolitani, iam Delegati Apostolici in Congo Belgico, favorabili voto, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa ac certa scientia, suprema Nostra apostolica auctoritate, primum quidem Vicariatus Apostolici de Stanley Falls nomen in *Stanleypolitani* appellationem mutamur, dein eiusdem Vicariatus totam territorii partem, quae inter meridionales Vicariatus de Niangara limites, vigesimum septimum et vigesimum nonum circulum meridianum atque *Ituri* flumen continetur, ab eodem Vicariatu distrahimus et in novum Vicariatum Apostolicum erigimus et constituimus, *Wambaensem* nomine nuncupandum, et illum apostolicis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu curis, qui illic iampridem sollerter adlaborant, committimus, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum. Huic igitur novo Vicariatui Wambaensi eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia ita disposita ac constituta, rata ac valida esse volumus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur ostensis. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo nono, die decima Martii mensis, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
S. Collegii Decanus.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus.

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXVII, n. 40. – Al. Trussardi.

IV

DE BANDJERMASIN
(BANDJERMASINENSIS)

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE BANDJERMASIN, IN ARCHIPELAGO INDONESIANO, AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM EVEHITUR BANDJERMASINENSIS NOMINE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo enascentium inter infideles Ecclesiarum regimen facilius utiliusque evadat, congruum sane et opportunum est Praefecturas Apostolicas, in quibus res catholica notabile susceperit incrementum, ad Vicariatus gradum evehere. Quod nunc exsequendum duximus pro Praefectura Apostolica de Bandjermasin, in Archipelago Indonesiano, quae, uti laeto animo accepimus, sollertibus sodalium Congregationis Missionariorum a Sancta Familia, quibus illa concredita est, curis, non mediocres, praesertim postremis hisce annis, evangelicos, Deo propitio, cepit fructus. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositorum consilio, attento quoque venerabilis Fratris Georgii de Jonghe d'Ardoye, Archiepiscopi titularis Misthiensis et Apostolici in Archipelago Indonesiano Delegati, favorabili voto, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, certa scientia deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam Apostolicam de Bandjermasin, in Vicariatum Apostolicum, qui Bandjermasinensis nuncupabitur, erigimus et constituimus; quem eidem praefatae Congregationi Missionariorum a Sancta Familia, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, commissum volumus. Novo igitur huic Vicariatui eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia ita disposita et constituta rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eam-

dem prorsus volumus haberi fidem quae hisce praesentibus ostensis haberetur. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, commissionis, concessionis statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo nono, die decima Martii mensis, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
S. Collegii Decanus.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus.

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Locc ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXVII, n. 26. – Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

CATHEDRALIS ECCLESIA S. AGATHAE, V. M., IN CIVITATE GALLIPOLITANA EXSTANS, TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS DECORATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Suae Cathedralis Ecclesiae, Deo in honorem Sanctae Agathae Virginis ac Martyris dicatae, vetustatem et venustatem in maius celebravit Venerabilis Frater Nicolaus Margiotta, Episcopus Gallipolitanus, ad Nos supplicem subiciens libellum, quo huiusce templi omnes et singulas praestantes species scripsit, narravit, persecutus est. Mirabili architecturae et picturae opere artificioque perfecta, sacra magni pretii praedita supellectili, perdives quoque thesauro Sanctae Agathae oblato, aestimatione digno eximia ob auro contexta opera, inde a saeculis XIV, XV et XVI eleganti manu ficta, Cathedralis illa Ecclesia in ipsa principe civitate perampla exstat atque eminet altitudine. In eadem supplicationes decore decernuntur Sacraque sollemnia celebrantur a frequenti Clero, qui, diligens, omne studium ad pa-

roecialia confert munera. Supra laudatus Antistes, occasionem non amittens saeculi tertii a Cathedrali templo exstructo et anni decimi sacri sui episcopalis gubernii, ac ferventer exoptans ut ipsius Ecclesiae decus augeatur magisque in dies pietas foveatur erga Sanctam Agatham Virginem et Martyrem, quae, titularis Ecclesiae Cathedralis, eadem est Patrona principalis dioecesis, suppliciter a Nobis flagitavit ut templum idem ad titulum et dignitatem Basilicae Minoris evehere dignemur. Nos, ad augendum Christifidelium cultum erga Caelestem Patronam Gallipolitanae Dioecesis pia caritate intenti, eventusque supra dictarum rerum faustos desiderantes feliciores quoque reddere, porrectisque supplicationibus benevole inclinati, audito Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Episcopo Praenestino et Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque in modum, insignem Cathedralem Ecclesiam Sanctae Agathae Virginis et Martyris, in civitate Gallipolitana exstantem, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* cohonestamus, omnibus cum iuribus et privilegiis liturgicis competentibus. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus. Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Iunii, anno MCMXXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

II

ECCLESIA IN HONOREM B. MARIAE VIRGINIS DE MERCEDE DEO DICATA, IN CIVITATE VULGO « CUZCO », BASILICAE MINORIS TITULO HONORIBUSQUE AUGETUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Cuschensem antiquam civitatem, quae, vulgo « Cuzco » appellata, super ceteras Peruvianae Reipublicae eminet maiestate, claritudine monumentorum aetate Imperii Incaici et Hispanicae ditionis, ornat adeoque excolit Ecclesia Beatae Mariae Virginis de Mercede, ut inter praeclara amplaque opera lapidibus « primorose » exstructa excellat. Maximum praeterea in monumentis totius Americae nomen habet coenobium Ecclesiae adiunctum. Utrumque aedificium anno MDXXXIV exordia sumpsit, Hispanica colonia tum maxime illic constituta. Postea vero, cum terra ingenti concussu mota sit, in ruinam procubuerunt, et ab anno MDCL usque ad annum MCCXC denuo exaedificata mirabilique opere perfecta fuerunt. Venustate, decore, structurae nobilitate conspicuum, omnium templorum primum habetur, quod illustrius, sepulcra reddunt Didaci de Almagro, strenui militis Hispani, alterius a Ductore exercituum saeculo decimo sexto contra peruvianos indigenas acerrime pugnantium, eiusque filii Almagro « el Mozo » appellati, nec non Gundisalvi Pizarro, fratris Francisci Pizarro, qui summus fuit praedicto in bello Dux. Hac in Ecclesia, quam cl. memoriae Didacus Antonius Navarro, tunc temporis Episcopus, sollemniter consecravit, anno MDCCXXXII, sollemniter quoque rec. mem. Hieronymo de Loayza, primo Limano Archiepiscopo, sacrum impositum fuit pallium. Maxima sunt in admiratione, eleganti manu depictae, Imagines Beatae Mariae Virginis a Mercede, Sancti Petri Nolasci et Sancti Augustini E. C. E. D., ferventerque colitur, utpote quae singularium erga populum Cuschensem favorum gratiarumque sit sequestra, effigies Beatae Mariae Virginis perdolentis, cuius in honorem Archiconfraternitas erecta fuit cuique nomen dant quoque civitatis optimates. In laudata Ecclesia florent Tertius Ordo Beatae Mariae Virginis a Mercede et Pia Unio S. Ioseph pro illis qui in ultimo versantur discrimine vitae. Itemque politissima arte facta, Sacristia pretiosa abundat sacra supellectile nec non antiquis reliquiariis, in quibus insignes asservantur reliquiae. Has omnes et singulas huiusce Ecclesiae res historicas studiose diligenterque cum enarraverit, dilectus filius Ioannes Vincentius de la Vega, Superior seu Commendator dicti coenobii Cuschensis, Ordinis Beatae

Mariae Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum, enixe humillimeque a Nobis efflagitavit ut praedictam Ecclesiam titulo ac dignitate Basilicae Minoris decorare dignaremur. Quas preces, suffragiis suffultas Venerabilis Fratris Philippi Iacobi Hermoza y Sarmiento, Archiepiscopi Cuschensis, Nos perlibenter excipiendas censemus, quum futurum plane confidamus ut firmior ac vividior fiat in dies erga Virginem Mariam pietas fidelium non modo Cuschensium verum etiam totius regionis incolarum. Quare, audito Venerabili Fratre Alfonso Carinci, Archiepiscopo Seleuciensi in Isauria, Sacrae Rituum Congregationis a Secretis, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum tenore, perpetuumque in modum Ecclesiam in honorem Beatae Mariae Virginis de Mercede Deo dicatam, in civitate atque Archidioecesi Cuschensi exstantem, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* decoramus, omnibus cum privilegiis atque iuribus quae Ecclesiis hoc titulo honestatis rite competunt. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus. Haec benigne largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die II mensis Decembris, anno MCMXXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status
DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

III

SANCTUS BERNARDINUS REALINO, CONFESSOR, CARPENSIS CIVITATIS AC DIOECESIS PATRONUS CONSTITUITUR AEQUE PRINCIPALIS CUM SANCTO BERNARDINO SENENSI.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Geminae sanctitatis dulces carpens fructus eosdemque uberrimos, Carpensis Civitas, etsi parva, merito valet in orbe catholico clara illustrique se extollere laude. Quae quidem

pristinis humanitatis artisque titulis, e Piorum antea Ducumque postea Mutinensium Principatu fluentibus, nova eademque altissima pietatis, immo et sanctitatis, specimina feliciter addidit, ex quo duo Servi Dei, alienigena alter, alter vero civis, in Christiana ipsam confirmaverunt Fide, atque erga Apostolicam hanc Sedem constans foverunt obsequium. Bernardinus autem Senensis, ex Ordine Minorum Franciscalium, qui, amore Dei animarumque studio aestuans, Italiam fere totam, saeculo XV, assidue peragravit eandemque « verbo et opere », Sanctissimum Iesu Nomen evulgando, adeo commovit, ut Illius memoria multo post tempore ubique permanserit. Haud aliter accidit in Carpensi Civitate, quae, Episcopo Optimatibusque praeeuntibus, Sanctum Bernardinum Senensem eiusdem Civitatis ac Dioecesis praecipuum Caelestem Patronum feliciter elegit. Insequenti vero saeculo, nobilis Realinorum Familiae primogenito, anno MDXXX Carpii nato, nomen imponendum eligere mater voluit; imposuitque in honorem praecipui illius Caelestis Patroni Eiusdemque sub valida tutela infantulum posuit. Qui, Mariae Virgini, cuius Immaculatae Conceptionis die festo, in Ecclesia illa vetustissima, vulgo « La Sagra » nuncupata, Baptismate sancto rite ablutus fuerat, quam maxime addictus, tanta cordis simplicitate ac puritate iuvenilem vitam egit, ut suis familiaribus ac civibus in exemplum evaserit. Civitatem insuper suam incipienti ornavit sanctimonia, quum in Ecclesia Franciscalium Sancti Nicolai (prout opinari licet), ad Eucharisticam Mensam primum accessit; in Civitate sua, matre moderante ac dein praeceptore, prima Religionis atque humanitatis rudimenta recepit, antequam Mutinam ac Bononiam studiorum peteret causa. Labentibus denique annis neque publicis officiis quibus hic illic functus est, neque mirabili ad sacerdotium, Deo sic afflante, animi inclinatione, ob quam inter Ignatianos Societatis Iesu sodales ingressus fuit, natalis Civitatis suae, in qua piissima mater vita excesserat, umquam oblivisci potuit: quin immo « omnes ipsius cives tamquam amicos et fratres in Christo diligere » Ipse testatus est. Quod constans mnemosynon pari observantia, Ipso vivente, atque, Ipso demortuo ac percrebrescente sanctitatis fama, pari devotione ac pietate Carpenses rependerunt cives. Quas vero ingenti gaudio quam maxime, Episcopo praeunte Cleroque cohortante, ostenderunt, quum Beatorum Caelitum a fel. rec. Decessore Nostro Leone PP. XIII, anno MDCCCXCVI, Sanctorumque postea honores a Nobismet ipsis, anno MCMXLVII, decreti fuerunt. Quibus omnibus mature perpensis, Venerabilis Frater Vigilius Fridericus Dalla Zuanna, Carpensis Episcopus, nomine proprio ac votis quoque precibusque Canonicorum Collegii, utriusque Cleri, Optimatum universique Civitatis nec non totius Dioe-

ceseos populi obsecundare exoptans, a Nobis enixe postulavit ut Sanctum Bernardinum Realino Civitatis ac Diocesis praecipuum Caelestem Patronum, aeque principaliter una cum Sancto Bernardino Senensi, declarare benigne dignaremur. Nos porro, ut cultus erga memoratum Dei Famulum magis in dies augeatur uberioresque apud posteros sanctitatis fructus edere possit, huiusmodi preces libenti excipiendas animo censuimus. Audito quoque Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno atque Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, Sanctum Bernandinum Realino, Confessorem, Patronum apud Deum aeque principalem cum Sancto Bernardino Senensi Carpensis Civitatis ac Dioeceseos, omnibus ac singulis liturgicis privilegiis adiectis, quae locorum Patronis rite competunt, constituimus ac declaramus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, seu pertinere poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXV mensis Martii, anno MCMXLIX, Pontificatus Nostri undecimo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

IO. BAPT. MONTINI
Subst. Secr. St.

IV

TITULUS AC PRIVILEGIA BASILICAE MINORIS CONFERUNTUR ECCLESIAE ABBATIALI ORDINIS CISTERCENSIUM REFORMATORUM, B. MARIAE VIRGINI « DE GETHSEMANI » DICATAE, IN CIVITATE VULGO « KENTUCKY » INTRA FINES LUDOVICOPOLITANAE ARCHIDIOECESIS.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter vastam solitudinem animis afferentem pacem mentibusque caelestium rerum contemplationem, in amoenissimo Ludovicopolitanae Archidioecesis agro quem « Gethsemani » vocant, nemore circumdata exstat eminetque Abbatialis Ordinis Cisterciensium Reformatorum Ecclesia, cuius turris sacra nimis ex longinquo conspicitur, procera, sublimis. Hoc vertente anno, centenario primo a perillustri condito Monasterio Cisterciensi, gratum est Nobis ortum eius didicisse atque hisce in Litteris illustrare. Extremo anno MDCCCXXXVIII e Monasterio vulgo « de Melleray » quadraginta Ordinis Cisterciensis Religiosi in perlonginqua Americae Septentrionalis terra e Gallia abierunt ad Sancti eorum Auctoris illuc transmittendum spiritum legemque propagandam. Sic in sedem illam se contulerunt, silentem ac spatiosam; sic exordium illuc duxerunt umbratilis vitae contemplationi officii, virtutis ac sanctitatis deditae. Duos post annos Monasterio a fel. record. Decessore Nostro Pio Pp. IX abbatiali titulo aucto, primus eius Abbas fuit rec. mem. Eutropius, in cuius nava sapientique potestate coenobium illud ad summam pervenit magnificentiam maximoque refulsit splendore. Sumptuose laborioseque Sacra illa Aede longo undecim annorum spatio perfecta, Abbas Eutropius se abdicavit officio Galliamque repetiit, unde ad Urbem vocatus fuit a Decessore Nostro Pio Pp. IX ut Abbatiam ad Aquas Salvias in ordinem redigeret. Templum Abbatiale Beatae Mariae Virgini « de Gethsemani » dicatum, omnium Ecclesiarum in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus exsistentium vetustissimum, amplitudine eisdem ac magnificentia antecellit. Amplo asceterio, perinsignibus Civitatis « Kentucky » monumentis adnumerando, quod plus quam quinquaginta habitant Monachi, adiuncta est pro hospitibus domus, fragrantissimis circumdata hortis, ab arte facto lacu lambita. Iure meritoque vocanda est Proto-Abbatia ceterarum strictioris observantiae, quae postea in America germinatae sunt florentesque exsistunt. Huius Sacrae Aedis, pulchro genere antiquae semigothicae structurae aedificatae, fabrica, picturae, tabulae sunt admirandae, non

minus quam perampla pretiosaque vitrea simulacris polypicta. Templum decore splendideque exornant Altaria ex marmore singulari opere perfecta. Divini cultus sacrorumque magnificentiae large effuseque consulere solent Monachi, qui assidui diligentesque caerimonias ea qua par est liturgica sollemnitate peragunt. Sacrae exercitationes et pro clero et pro laicis naviter studioseque promoventur eodemque consilio quotannis illuc conveniunt non modo Ludovicopolitanae sed finitimarum quoque Dioecesium clerus nec non complures etiam e dissitis regionibus Sacerdotes. Nec minore studio ac fervore nec raro Monasterium celebrant laici ad animorum vires reficiendas Sanctissimo Eucharistiae Sacramento. Acatholicos ipsos mysticus liturgiae Romanae splendor atque umbratilis vitae serenitas alliciunt atque ad Catholicam Religionem excitant. Sacra magni pretii supellectili referta est Abbatia, praedicta quoque lipsanotheca, ubi mille fere asservantur Sacrae Relliquiae et lignum quoque S. Crucis. Ad sollemnissima reddenda ac persplendida quae proximo mense Iunio peragentur festa, fausta occasione primi centenarii anni a dicta Abbatia condita, ad fidelium magis excitandum ardorem, ad validiorem firmioremque reddendam erga Beatam Mariam Virginem « de Gethsemani » pietatem, Venerabilis Frater Ioannes Alexander Floersh, Archiepiscopus Ludovicopolitanus, nomine quoque Episcoporum, Cleri populique Civitatis de « Kentucky », una cum dilecto filio Iacobo Fox, dicti Monasterii Abbate, enixe Nos adprecatus est ut praefatam Abbatialem Ecclesiam ad titulum et dignitatem Basilicae Minoris evehere dignaremur. Quibus precibus laudati Antistitis nec non optatis Venerabilium Fratrum Ioannis Timothei McNicholas, Archiepiscopi Cincinnatensis; Iosephi E. Ritter, Archiepiscopi Sancti Ludovici; Guilelmi T. Mulloy, Episcopi Covingtonensis; et Francisci Cotton, Episcopi Owensburgensis, amplissima suffultis commendatione Dilecti Filii Nostri Petri Sanctae Romanae Ecclesiae Presb. Cardinalis Fumasoni Biondi, Sacrae Congregationis Propagandae Fidei Praepositi, qui dictas preces Nobis adhibuit, perlibenter annuendum censemus, cum etiam velimus ut Basilicae Minoris titulus ac dignitas praemio sint Abbatiali Ecclesiae, quae, tamquam fulgentissima turris, caelestem diffundit lucem, quae, ab infidelium animis errorum dispellens caliginem, omnes ad Deum allicit, clarior in dies fit, longiusque propellitur. Quapropter, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum tenore perpetuumque in modum Abbatialem Ordinis Cisterciensium Reformatorum Ecclesiam Beatae Mariae Virgini de Gethsemani dicatum, exstantem in Civitate vulgo « Kentucky », intra fines Ludovicopolitanae Archidioecesis, in Foedera-

tis Americae Septentrionalis Civitatibus, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* decoramus, omnibus cum iuribus et privilegiis liturgicis quae Ecclesiis hoc titulo honestatis competunt. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus. Haec benigne largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari: sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis Maii, anno MCMXXXXIX, Pontificatus Nostri undecimo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis
GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis.

EPISTULAE

I

AD REVM̃UM P. SCHWEIGER PETRUM, MODERATOREM GENERALEM CONGREGATIONIS MISSIONARIORUM FILIORUM IMMACULATI CORDIS B. MARIAE VIRGINIS: PRIMO SAECULO EXEUNTE AB EADEM CONGREGATIONE CONDITA.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Auspicato sane contingit, ut, illucescente Sancti Anni nuper indicti aurora, Claretianae familiae laudes et sanctitatis decora per saecularia sollemnia luculenter effulgeant. In comperto est enim, quot ista sodalitas, centum annorum decursu, religiosorum agminibus aucta sit, quamque longe per orbem terrarum diffusa, ita ut Hispania omnesque fere Americae regiones et quaedam Europae partes, ut Gallia, Italia, Lusitania, Anglia et Germania, salutiferum Claretianum apostolatum persenserint et nonnullae quoque Africae Asiaeque plagae felicia illius habuerint initia. Constat equidem Beatum Antonium Mariam Claret, praeclarum legiferum Patrem vestrum, hanc veluti insignitam in animis Deo quaerendis sibi gloriam

comparasse, antiquis virtutibus muneribusque evangelii proeconum nova quaedam progredientis civilis cultus inventa convenienter adhibuisse, ita ut cum rerum divinarum contemplatione adsiduaque virtutum exercitatione coniungatur a sodalibus Claretianis insomnis aque indefessa vitae actio, frequentique verbi Dei praedicationi doctrinarumque institutioni adiiciatur crebra salutarium scriptorum per artem typographicam impressio et latissima per populos evulgatio. Quis itaque enumeret, quot uberes salutis fructus ediderit huiusmodi apostolatus, in tanta praesertim recentiore liberculorum foliorumque colluvie, quae a nefariis hominibus ad mentes animosque pervertendos ex industria imprimuntur et late disseminantur? Neque vero deficiunt maioris ponderis opera e vestris scholis officinisque typographicis edita, praesertim de re theologica, philosophica, liturgica, sociali, deque iure et quaedam commentaria etiam ad sacras fovendas Missiones utilia, ut *Commentarium pro religiosis et missionariis,* vel ad humaniores litteras provehendas, ut *Palaestra Latina.* At varia huiusmodi et constans sacri ministerii magisteriique sollicitudo perque Actionis Catholicae vias ac rationes explicatio languefacere non potuerunt ardorem, quo Claretiani sodales inflammantur, ad perfectionem religiosam persequendam; quin immo multi ex iis praeclara sanctitatis exempla a Beato Fundatore tradita in se reddere ac referre studuerunt; de quibus deque illis non paucis, qui sanguinem quoque, uti fertur, in testimonium fidei profuderunt, Ecclesia in eo est, ut suum ferat iudicium. Optimo igitur iure ac merito universa Congregatio, cui ipse moderaris, saecularem gloriosae vitae cursum respiciens, quam maxime conlaetatur atque ex praeclare hucusque gestis, licet inter res pluries adversas interque graves difficultates et vicissitudines, felicia sumit auspicia ad meliora et ampliora prosequenda. Communem hanc sodalitatis vestrae laetitiam participant profecto omnes laborum operumque socii, in primisque Religiosae docentes ab Immaculata Conceptione. Nos autem, qui plane cognitas habemus vestram fidelitatem dilectionemque erga Beati Petri Cathedram et sollertiam, qua exercetis munera ab Ordinariis locorum et ab Apostolica ipsa Sede vobis credita, sive in animarum cura obeunda, sive in sacris agendis Missionibus, sive etiam in magisteriis, apud Pontificia Athenaea vel gravibus officiis Romanae Curiae sustinendis, cumulum laetitiae adiicere cupientes, vobis de eiusmodi eventus faustitate paterno animo gratulamur et sollemnia vestra saecularia Nostra commendatione secundisque votis prosequimur. Omnes autem Missionarios Filios Immaculati Cordis Beatae Mariae Virginis vehementer exhortamur, ut, splendentibus Beati Conditoris vestigiis inhaerentes, alacrius quotidie pergant in perfectione religiosae vitae appetenda, ut exinde veluti e vividiore

radice maius Instituti ipsius incrementum latiusque proximorum salutis emolumentum efflorescant vigeantque. Quorum quidem in auspicium inque peculiaris amoris Nostri pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili, cunctaeque Claretianae Congregationi eiusque auxiliaribus, nominatim Religiosis docentibus ab Immaculata Conceptione amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XVI mensis Iulii, in Commemoratione Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, anno MDCCCCXXXXIX, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. XII

II

AD EM̃UM P. D. ADAMUM STEPHANUM TIT. S. MARIAE NOVAE S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM SAPIEHA, ARCHIEPISCOPUM CRACOVIENSEM, ATQUE CETEROS EXCM̃OS PP. DD. POLONIAE ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS LOCORUMQUE ORDINARIOS.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Decennium dum expletur, ex quo lacrimabile exarsit bellum, quod primam nobilem Polonorum nationem cladibus et ruinis oppressit, nolumus vobis, dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres, ac per vos clero et christifidelibus, curae vestrae commissis, paternae caritatis sensus et vocem deesse. Pontificatus Nostri exordia — rem cognitam vobis memoramus — in tempora inciderunt, quibus Europae regionum et terrarum orbis tranquillitati horridae minae impendebant. Quid vero Nostrarum partium Nostrique muneris esset, quid ad Iesu Christi in terris Vicarium spectaret, prorsus Nos memores, et operi a Decessore Nostro fel. rec. incepto instantes, nulla interposita mora sategimus, ut bellici conflictus atrocitas et immanitas procul arceretur. Cum vero primum Apostolicae sollicitudinis nuntium edidimus, ad pacem servandam cunctas impulimus gentes. Neque posthac vox Nostra siluit, sed instantior et urgentior, ut adiuncta rerum poscebant, animos hominum ad concordiam, ad iustitiam, ad caritatem fovendam incitavit ac Deo, tanti negotii causa, flagrantibus precibus supplicare pergebat. Neque id satis: vigil et sollers adiecta est per publicos legatos Nostros navitas, ut pax gentium indemnis defenderetur. Ineunte enim mense Maio anno MDCCCCXXXIX, cum proximi conflictus sinistra incumberent pericula,

apud supremos maiorum Civitatum moderatores quantum a Nobis fieri poterat, id moliti sumus, ut quae graviter minantia impendebant dissiparentur. At, pro dolor!, acuebantur simultates et, exeunte mense Augusto eiusdem anni, eo asperitatis devenerunt, ut armorum initium proximum prospiceretur. Tum omnes populos ac praesertim eos, ad quos belli aut pacis grave onus attinebat, radiophonice (die XXIV mensis Augusti anno MDCCCCXXXIX) allocuti sumus: « Imminet — ita animadvertimus — periculum, attamen adhuc reparandi tempus est. Pace nihil perditur, omnia bello perdi possunt » (*A. A. S.*, vol. XXXI, pp. 333-335). Die vero XXXI Augusti, cum bellum in eo esset ut conflagraret, a Nostro Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis, mandato Nostro, aliquibus Legatis Civitatum penes Apostolicam Sedem, Germaniae scilicet, Poloniae, Angliae, Galliae, Italiae, postrema et instantissima provocatio tradita est, cum paulo vero antea per Apostolicos Nuntios, qui Varsaviae et Berolini erant, prout Nobis facultas dabatur, omnia temptavimus, ut demum Civitates inter sese consentirent et pacifice convenirent. Hac re haud immerito in primis Nostris Encyclicis Litteris scripsimus (die XX Octobris anno MDCCCCXXXIX): « ... nihil sane inexpertum, nihil inexploratum omisimus ut ea ratione, quam sive apostolicum munus sive permissa Nobis instrumenta suaderent, prohiberemus ne ad vim et arma descenderetur, neve aditus omnes praecluderentur cum utriusque partis honore contentionem dirimendi » (*A. A. S.*, vol. XXXI, pp. 449-450). At vota et hortamina Nostra frustra adhibita sunt et horrenda conflictatio coorta est. Patria vestra, dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres, cum utrimque ex occidentalibus et orientalibus partibus feriretur et invaderetur, exitiales pertulit casus. Nosmet, in audientia die XXX mensis Septembris anno MDCCCCXXXIX civibus vestratibus in hac alma Urbe degentibus aut exsulibus, a Nobis concessa, cum animi Nostri vehementi oboediremus affectui, palam fecimus moeroris vestri participationem Nostram; Nostrum in vos, filios calamitate perculsos, peculiare studium; a Divino Servatore et Magistro, qui mortuum Lazarum et patriam ruituram deflevit, vobis opem et solamen imploravimus. Quis numeret acerbitates, quas diuturnis servilibus annis Polonorum gens tulit? quis enarret luctus ob complura decies centena milla hominum bello aut in publicae custodiae locis interemptorum? quis recenseat turbas languentium et invalidorum, publicarum opum eversionem et excidium, eorum qui regionem vestram occupabant iniquissima decreta, quae saepius etiam Dei et humanae dignitatis iura perfringebant? Adhuc cogitationi Nostrae subeunt desolatae patriae vestrae miserrima fata, civium domo profugorum aut huc illuc sine tecto victuque palantium multi-

tudo; auditui Nostro adhuc insonant gemitus matrum et uxorum, quae super interemptorum funeribus lacrimabant, fletus senum et infirmorum, qui saepenumero omni curatione et auxilio destituebantur, vagitus parvorum orphanorum fame tabescentium, lamenta sauciorum, morientium suspiria. Intersunt patris quae ad filios spectant. Quid? Nos non tangebat quod vos tam dire feriebat? Utique et quam maxime. Misericordia in vos ducti enixis precibus, quibus Deum exorabamus, ut luctuosos dies vobis minueret, addebamus adsiduam sollicitudinem, qua quamlibet obviam Nobis euntem occasionem arripiebamus, ut vobis faveremus, addebamus studiosam operam Nostram, ut vobis malorum sarcinam allevaremus. Vobis, igitur, dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres, extra ordinem facultates concessimus, ut adauctis christifidelium necessitatibus occurrere expedite et prompte valeretis. Omni ope et largitate pro viribus vestratibus domo profugis, exsulibus, captivis extra patriae fines degentibus succurrimus. Nihil omissum et intemptatum reliquimus, quamvis saepius irrito conatu, ut etiam in patria vestra ab exteris occupata, religionis status leniretur et vitae vestrae rationes et condiciones mitigarentur. Haud raro reclamavimus iniuriis Deo, Ecclesiae, animorum iuribus illatis; conquesti sumus, quod fas iubet aut vetat, temerarie violatum, tot innoxios et inermes tutari contendimus. Quod quidem tacendum non est, navitati Nostrae, quae, vafris technis exstranearum fines vestros occupantium gentium, a Polonis integre vel ex parte ignorata fuit, cleri vestri alacris interiecta est operositas et industria. Sacerdotes profecto, sub ductu et auspicio sapientiae pleno sacrorum pastorum istic inestinguibili igne aluerunt spei facem, quae secura Dei providentiae et numini confidit et post nubila patriae vestrae lucidas exspectat et praeparat sortes. Quam invictam caritatem erga Deum et patriam, quae nihil, nedum extinguat, extenuat, testantur conferta agmina sacerdotum, quibus quidem sacrorum Antistites praeibant, qui in pulchro Christi certamine occubuerunt, testantur haud pauci sacri pastores e suis sedibus abacti, plurimi utriusque cleri strenui milites, vexati, in vincula coniecti, inopia laborantes. Tantae horum virtutis id praecipue debetur, si, opitulante Deo, Polonorum gens tot inter funesta et aspera catholicam fidem semper sibi conservavit neque inclitas suas vetustas laudes oblivione obruit. Quamvis quatuor abhinc annos bellum confectum sit, Catholica in Polonia Ecclesia sibi vindicare libertates non potuit, quibus semper et ubique gentium fruendi ipsi ius est sacratissimum et quae eo vel maxime ei agnosci debent, ubi communis boni causa duris implicata est collisionibus et dirae afflictationis perpessa est tribulos. Heu aerumnosa discrimina rerum, in quibus ver-

satur, nondum desierunt. Catholicae associationes paene omnino deletae, religiosa institutio in scholis arctata, impedita libera incrementa institutorum, quorum regimen clero aut religiosis feminis commissum est, falsis criminationibus religio catholica appetita, Nos ipsi, Episcopi, sacerdotes contumeliis icti, catholica scripta praelo edenda magis magisque iniqua censura compressa, carcere detentis et infirmis denegata religiosa curatio, mutuum epistolarum commercium et necessitudines inter Apostolicam Sedem et Episcopos et fideles praepedita, externa demum catholicae vitae explicatio cotidie difficilior. Verumtamen, dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres, nihil metus animos vestros conturbet. Quemadmodum exactis temporibus etiam in posterum « Via impionum peribit » (Ps. I, 8) et insidiae eorum subvertentur (cfr. Prov. X, 3). Poloniae fastos recensenti, qui gloriae et afflictationis granditate saepenumero praestant, torrentis modo fletus et sanguis varias inter vicissitudines rerum terram vestram madefacere videntur; hic vorago dolorum, illic culmina victoriae, religionis, litterarum, ingenuarum artium tantis irradiata fulgoribus. Unum tantum Polonia non novit: a Iesu Christo et ab Eius Ecclesia desciscere. Haec est laus vestra, hoc est nobilitatis vestrae insigne: strenue agere, fortiter pati, invicte sperare, magna adipisci. Deipara Virgo, quae a vobis dulci « Regina Poloniae » nomine in vota vocatur, Sancti vestri, magni et multi, intercessione praesentissima vos communiant eorumque preces necnon dives promeriti mors vestratum, qui catervatim pro aris et focis obierunt, Poloniae, patriae vestrae a Nobis apprime dilectae, christianae pacis et prosperitatis optata munera concilient. Quae dum suprema dona vobis flammante prece exoptamus, Apostolicam Benedictionem vobis, dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres, et omnibus christifidelibus vestrae vigilantiae concreditis effusa caritate impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die I mensis Septembris anno MDCCCCXXXXIX, Pontificatus Nostri decimo primo.

PIUS PP. XII

NUNTII RADIOPHONICI

I

CHRISTIFIDELIBUS HELVETIAE DATUS, OB CONVENTUM UNIONIS POPULARIS CATHOLICAE, LUCERNAE COADUNATIS. *

Geliebte Söhne und Töchter der katholischen Schweiz!

Von den grünen Almen und einsamen Dörfern hoch oben in euren zum Himmel ragenden Bergen, aus euren Tälern und Niederungen, deren wohlbestellte Wiesen und Felder vom zähen Fleiss des Schweizer Bauern zeugen, von den überlebendigen Stätten eurer in raschem Tempo emporgeschnellten Industrie seid ihr im Herzen eurer paradiesisch schönen Heimat, im alten katholischen Vorort Luzern zusammengeströmt, um nach einer Unterbrechung von 15 Jahren wieder gemeinsam zu beraten und euer Glaubensglück wie eure Glaubenskraft froh zu bekunden.

Wir nehmen an eurer Freude teil und entsprechen gerne der Bitte der Leiter des Schweizerischen Katholischen Volksvereins, in dieser festlichen Stunde Unser Wort an euch zu richten und euch zu segnen.

Euer Katholikentag ist, wie ihr selbst betont, der erste nach dem zweiten Weltkrieg. Gerade in diesen Tagen jährt sich zum zehnten Mal der Anfang jenes apokalyptisch grauenvollen Geschehens, dessen verhängnisvoller Auswirkungen die Völker und Staaten immer noch nicht Herr zu werden vermögen. Das erste Volk, über das der Krieg zusammenschlug, es erbarmungslos überwältigend, war das polnische. In Vorahnung dessen, was kommen würde, haben Wir damals bis in die letzte Nacht vor Ausbruch der Feindseligkteiten hinein versucht, soweit es in Unseren Möglichkeiten stand, das Unglück abzuwenden. Die Menge edr Zeugnisse, die inzwischen Licht über jene Tage gebreitet haben, klären darüber auf, wie ganz aussichtslos in Wirklichkeit das Bemühen neutraler und moralischer Mächte gewesen ist, jenem Furchtbaren zu begegnen.

Polen hat in den ersten Kriegsmonaten und den folgenden Jahren Unsägliches gelitten. Nach ihm zwang der Dämon des Kriegs Land um Land in seine Schrecken. Es ging wie ein Weltgericht über Europa und grosse Ländergruppen anderer Kontinente, besonders Ostasiens, bis der Krieg in erschütterndem Beschluss das Reich und Volk in den Abgrund riss, von dem er seinen Ausgang genommen hatte.

* Datus die 4 Septembris mensis a. 1949.

Jetzt, da dieses an Sünde und Schuld übervolle, freilich auch an Sühne und Busse bis an den Rand gefüllte Jahrzehnt abgeschlossen ist und bald die Porta Sancta des Heiligen Jahrs sich auftut, hegen Wir, hoffend gegen die Hoffnung, nur das eine inbrünstige Verlangen, dass das Jahr 1950 um des Leidens und Sterbens Jesu Christi willen den gesicherten äusseren Frieden und die wahre innere Versöhnung der Völker bringen möge.

Eure Führer schrieben Uns, dass zu Stadt und Land in euren prächtigen Pfarrkirchen sowohl der katholischen Stammgebiete, wie auch der Diaspora das religiöse Leben in Blüte stehe. Hinter diesem selbstbewussten Wort liegt in der Tat eine kirchliche Aufbauarbeit, die das Herz des Vaters nur mit tiefem Trost erfüllen kann.

Währenddem die letzten fünfzig bis hundert Jahre das soziale Gefüge eures Vaterlands geradezu aus den Angeln hoben, währenddem sie ein Bauernvolk mit streng gehütetem Herkommen in ein Industrievolk verwandelten, das als solches in Europa bereits mit an der Spitze marschiert, standen eure Väter und ihr wahrlich nicht zeitabgewandt und müssig beiseite. Wo die geistigen Auseinandersetzungen und die sozialen Umschichtungen zur Tat mahnten, um das katholische Erbe zu wahren und der Sendung der Kirche auch in den neuen Verhältnissen den Weg frei und die Tore offen zu halten, waret ihr zur Stelle: Priester und Laien, Diözese für Diözese; die alten Orden und im Wettbewerb mit ihnen die jungen Kongregationen, die in den vergangenen hundert Jahren auch bei euch erstaunlich in die Höhe und Breite wuchsen; eure Organisationen: der Volksverein, der Caritasverband und andere Werke der Nächstenliebe, die in den letzten Jahren Höchstleistungen der Hilfe in Not vollbracht haben; die Bünde und Vereine der Frauen, Zeugen der ganz veränderten Stellung der Frau heute gegenüber ehemals, die Marianischen Kongregationen und Jungmännerverbände, die Arbeitervereine und Christlichen Gewerkschaften; euer Einsatz auf dem Gebiet der Schule und Erziehung, der Presse, des Rundfunks und Films, der Wissenschaft und Kunst, wo viel und mutig gearbeitet wurde und noch mehr für die Zukunft zu erwarten ist.

Um alles dessetwegen, was ihr siegreich behauptet, auferbaut und gewonnen habt — für Gott, für Christus und seine Kirche, für die ewigen Werte und das ewige Leben, sagen Wir mit euch dem allmächtigen Geber aller Güter demütigen und innigen Dank — nicht zuletzt auch der Katholischen Universität in Freiburg gedenkend, für deren Ausbau und Vervollkommnung ihr mit der wirtschaftlichen und geistigen Hilfe nicht kargen möget.

Wenn ihr, geliebte Söhne und Töchter, von Uns ein Wort der Mahnung und Ermunterung zu hören wünscht, so möge es folgendes sein :

Ihr seid nicht schwach. Bleibt euch eurer Stärke bewusst, damit aber auch eurer heiligen Verantwortung, eure christliche Ueberzeugung im öffentlichen Leben zur Geltung zu bringen. Wie Wir es gelegentlich der Heiligsprechung von Bruder Klaus sagten : Die öffentlichen Verhältnisse sind weithin zerrüttet. [1] Ihrer Zerrüttung entgegenzuarbeiten ist Aufgabe auch des Priesters — selbstverständlich! — aber naturgemäss vor allem des katholischen Laien. Wenn vom Mündigwerden und vom Einsatz des Laien in der Kirche die Rede ist, hier haben sie sich zu verwirklichen und zu bewähren. « In der Kirche », denn die Kirche, der christliche Glaube, strahlt notwendig in die Bereiche des Wirtschaftlichen, Sozialen, Kulturellen und Staatlichen hinaus, um sie alle dem Gebot Gottes anzugleichen.

Für euch Schweizer Katholiken gilt Unsere Mahnung in besonderer Art : Die soziale Umschichtung eures Volks hat auch euch umgeschichtet, fast mehr als die anderen. Wo ihr vor hundert Jahren überhaupt nicht in Erscheinung tratet, seid ihr heute in grosser Zahl und unter guter Führung zur Stelle, und das gerade in den Hochburgen der Wirtschaft und Kultur eures Vaterlands. Macht euch geltend, euer Recht und euren inneren Reichtum, in Gesetzgebung und Verwaltung, Ehe und Familie, Erziehung und Schule, in der Rettung der Erwerbstätigen vor dem Absinken in den gottlosen Materialismus. Ihr habt überall sehr viel zu bieten zum wahren Besten eures Volkes und Staates.

Weil Wir voraussehen, dass eine spätere Zeit gerade von euch Katholiken Rechenschaft fordern wird, was ihr in dieser so überaus entscheidenden Stunde zur Wahrung der geistigen Güter und der christlichen Kultur der Schweiz getan habt, richten Wir Unser Wort an euch. Möge es mit der Gnade Gottes Frucht bringen und Segen schaffen.

L'exhortation que Nous venons de vous adresser, chers fils et chères filles, à prendre position dans la vie publique, doit se doubler d'un autre appel qui en est l'indispensable complément, l'appel à la vie intérieure. Par elle, se forme le vrai et parfait catholique, celui qui professe sa foi en pleine conscience, résolument et dans la joie, celui qui la vit, celui qui demeure uni au Christ par le lien personnel, intime, de la grâce et de la charité.

Tenez en haute vénération la tradition et les coutumes catholiques

[1] *Acta Apostolicae Sedis*, vol. XXXIX, 1947, p. 367.

là où elles sont encore en vigueur, faites tout pour les maintenir. Mais ce n'est pas assez. Toute l'ambiance où vivent la plupart d'entre vous est étrangère pour ne pas dire plus, à l'esprit religieux. L'Eglise, pour réagir, s'appuie sur la conviction personnelle, sur le bon exemple, sur la conduite de ses fils et de ses filles.

Vous n'arriverez jamais à forcer l'attention et l'estime de l'homme de la masse par la seule organisation, si parfaite qu'elle puisse être, car dans les cadres de l'organisation, il vous sera toujours égal sinon supérieur. Mais mettez-lui sous les yeux la personnalité du catholique, du chrétien, au regard joyeusement épanoui qui fait rayonner au dehors la foi vivante dont son cœur déborde. Alors, oui, il pourra se faire que, à cette vue, il revienne de sa négligence religieuse, de sa torpeur vide de la foi en Dieu et recouvre le sentiment de sa dignité humaine, de sa responsabilité morale.

Le matérialisme, si contradictoire que cela semble, se ramène, en tant que système doctrinal, aux activités et aux manifestations de l'esprit. Or, une force spirituelle ne peut être vaincue que par une autre plus puissante. Et celle que vous avez à opposer au matérialisme est votre foi catholique avec toute sa richesse, toute l'énergie de sa conviction, avec toute sa plénitude de vie divine. Une telle force est de taille à dominer victorieusement le matérialisme. Encore est-il que seul la possède l'homme de vie intérieure, l'homme qui pense en chrétien, l'homme qui prie, l'homme qui est tout rempli de Dieu.

La vie intérieure : voilà, pour l'heure présente, le mot d'ordre.

Il popolo svizzero è giustamente superbo della sua libertà civile, garanzia di quegli inviolabili diritti — eguali per tutti i cittadini — sui quali si fonda la dignità e il bene della persona umana e della famiglia cristiana.

Tale è il vostro pensiero tenacemente custodito attraverso le vicissitudini dei tempi e che ha assicurato nei secoli passati anche la libertà della Chiesa nella vostra amata Patria.

Gl'impedimenti, che le sempre crescenti complicazioni del mondo moderno creano ai liberi movimenti dei singoli, hanno tuttavia lasciato sostanzialmente intatti quei diritti essenziali; in tal guisa il vostro ideale di libertà civile ha potuto mantenersi anche nelle presenti condizioni di vita.

Ma un altro pericolo più insidioso lo minaccia, minacciando di inaridirne la sorgente, vale a dire la fedeltà a Dio e la docilità ai suoi comandamenti. La Provvidenza divina ha messo in un giusto equilibrio

i diritti fondamentali del cittadino e i doveri, la cui osservanza quei diritti protegge; così il popolo svizzero deve alla sua fedeltà il godimento della libertà. Se invece questa fedeltà venisse a mancare, crollerebbe, con le magnifiche tradizioni dei vostri padri, anche il loro ideale di libertà; la vita civile perderebbe a un tratto tutto il suo valore. In Dio solo l'uomo è libero. Se egli si distacca da Dio, eccolo immediatamente in balia degli ingannevoli regimi totalitari.

La vocazione dei membri del vostro popolo, che professano la fede in un Dio personale e riconoscono le divine disposizioni nell'ordinamento del mondo, consiste nel tutelare i fondamenti cristiani del vostro Stato, compresa la libertà di servire il vero Dio. E a chi spetta l'onore di essere all'avanguardia in questa nobile missione, se non a voi, diletti figli e figlie?

Affinchè dunque perseveriate fermi e perfetti nel compimento di tutti i voleri di Dio,[2] impartiamo con effusione di cuore ai Nostri Venerabili Fratelli i vostri Vescovi, a tutti voi qui presenti, alle vostre famiglie, alla vostra gioventù, alle vostre opere, a tutti i fedeli sacerdoti e laici e a tutto il popolo svizzero, come pegno delle più abbondanti grazie celesti, la Nostra paterna Apostolica Benedizione.

II

CHRISTIFIDELIBUS DATUS E TOTA GERMANIA OB SEPTUAGESIMUM TERTIUM CONVENTUM IN URBE BOCHUM, IN WESTFALIA, COADUNATIS. *

Mit dem Gefühl väterlichen Wohlwollens und in Bewusstsein heiliger Verpflichtung euch gegenüber, geliebte Söhne und Töchter des katholischen Deutschlands, leisten Wir der Bitte Unseres Ehrwürdigen Bruders, des Erzbischofs von Paderborn, Folge und richten zum Abschluss der dreiundsiebzigsten Generalversammlung der deutschen Katholiken an euch, die ihr im Herzen der Ruhr, unter den eindrucksvollen Zeichen industrieller Höchstleistung, aber vor allem im Zeichen des hochragenden Kreuzes in wogenden Scharen zu festlich-stolzer Glaubenskundgebung zusammengekommen seid, ein kurzes Wort der Ermunterung und Ermahnung.

Während Unser Gruss sich durch die Aetherwellen den Weg zu eurem Ohr und eurem Herzen bahnt, steht vor Unserem Geist das « Land der

[2] *Col.*, 4, 12.

* Datus die 4 Septembris mensis a. 1949.

roten Erde », so wie Wir es im Jahre 1927 auf dem unvergesslichen Dortmunder Katholikentag erlebten.

Das Flugzeug trug Uns von der alten ehrwürdigen Bischofsstadt Trier über damals noch blühendes rheinisches Land, wie ein Gottesgarten unter uns ausgebreitet, in das Herz eines der beherrschenden Wirtschaftszentren Deutschlands.

Bei der feierlichen Pontifikalmesse im Freien, im Riesenrund der Westfalenhalle, beim machtvollen Umzug eurer Organisationen schauten Wir eine Germania catholica, deren Glaubenswille zu grossen Hoffnungen berechtigte.

Heute, nach wenig über zwei Jahrzehnte, die mehr Heimsuchung und Leid in sich schliessen als sonst Jahrhunderte, sehen Wir das katholische Deutschland wiederum auf westfälischem Boden versammelt, um aus dem Geschehen der Zwischenzeit und aus den Lehren seines heiligen Glaubens den Weg zu Gesundung, Wiederaufbau und Frieden zu finden.

Wenn Uns in dieser Stunde etwas erhebt und tröstet, so ist es die zuversichtliche Hoffnung, dass der Geist des Glaubens, der Uns damals umbrandete, auch in eurer Bochumer Tagung neues, gesteigertes, geläutertes christliches Leben wecke und euch befähige, den einmütigen Einsatz eurer aus katholischem Gewissen handelnden Millionen überall dort zur Geltung zu bringen, wo der Friede geschaffen werden soll, wo die Entscheidungen so fallen mögen, dass die Schicksalswaage Deutschlands und Europas, die heute noch besorgniserregende Schwankungen aufweist, allen Völkern zu Nutzen sich endgültig zum Guten neige.

Der sozialen Neuordnung haben in diesen Tagen ernste Beratungen eurer Arbeitsgemeinschaften gegolten. Wenn Wir, wie ihr es wünscht, zu ihrem Abschluss einige richtungweisende Sätze sagen sollen, so mögen es folgende sein :

1) Im Land eines Bischofs Wilhelm Emmanuel von Ketteler wird kein rechtlich Denkender es wagen, der Kirche vorzuwerfen, sie habe für die Arbeiterfrage, und über sie hinaus für die soziale Frage überhaupt, keinen Blick und kein Herz gehabt. Seit Unser Vorgänger Leo XIII. vor fast sechzig Jahren das Rundschreiben *Rerum novarum* erliess, hat es wenige Sorgen gegeben, welche die Obersten Hirten der Kirche mehr beschäftigten als die Soziale Frage. Was sie an Lehre und Weisung zu ihrer Lösung, oder wenigstens zur Milderung der sozialen Unausgeglichenheit beitragen konnten, haben sie beigetragen. Worauf es ankommt, ist, dass die soziale Lehre der Kirche Gemeingut aller christlichen Gewissen werde, und dass sie diese Lehre in die Tat umsetzen. Die soziale

Tat verlangt aber Opfer von allen Beteiligten. Diese Opfer müssen gebracht werden. Sie ertragen heute weniger Aufschub denn je zuvor.

2) Das soziale Programm der katholischen Kirche ruht auf drei gewaltigen sittlichen Pfeilern: auf der Wahrheit, der Gerechtigkeit und der christlichen Liebe. Von deren Forderungen auch nur um Haaresbreite abzuweichen, konnte für die Kirche nie in Frage kommen, auch wenn sie deswegen auf propagandistische Augenblickserfolge verzichten und die Leidenschaften des Klassenkampfs auf der einen wie der anderen Seite enttäuschen musste. Die Kirche war immer für die Recht Suchenden und der Hilfe Bedürftigen, nie jedoch grundsätzlich gegen eine soziale Gruppe, Schicht oder Klasse, sondern für das Gemeinwohl aller Volks-und Staatszugehörigen.

3) Die Kirche lässt auch nicht davon ab, wirksam darauf hinzuarbeiten, dass der scheinbare Gegensatz zwischen Kapital und Arbeit, zwischen Unternehmer und Arbeiter aufgehe in einer höheren Einheit, in jener von der Natur selbst gewiesenen organischen Zusammenarbeit beider nach Werk und Wirtschaftssektor, in berufständischer Gliederung. Möge der Tag nicht mehr allzu ferne sein, da jene Organisationen der Selbsthilfe, welche die Schwächen des bisherigen Wirtschaftssystems und vor allem der Mangel an christlicher Gesinnung notwendig machten, ihre Arbeit einstellen können.

An euch liegt es, das Kommen dieses Tages im deutschen Raum vorzubereiten. Die Umstände sind nicht ungünstig. Die furchtbare Katastrophe, die über euch niedergegangen ist, hat das Gute gehabt, dass in ansehnlichen, von Vorurteilen und Gruppeneigennutz sich freimachenden Kreisen die Klassengegensätze weithin ausgeglichen und die Menschen einander näher gebracht wurden. Die gemeinsame Not war und ist eine herbe, aber heilsame Zuchtmeisterin. Sie zwang, sich ertragen, verstehen zu lernen und sich über die Jahre des Elends gegenseitig hinwegzuhelfen. Das Kostbare, das hier aufgekeimt ist, soll euch nicht wieder verloren gehen. Es darf nicht sein, dass der Gegensatz zwischen arm und reich, der sich inzwischen gewaltig verschoben hat, der Gegensatz zwischen dem Besitzenden und dem von seiner Hände Arbeit Lebenden wieder aufgerissen und vertieft werde. Wer, geliebte Söhne und Töchter, wäre mehr als ihr berufen, an diesem entscheidenden Punkt sozialer Neuordnung die Wege zu ebnen, das Gesetz und den Geist Christi in ihr wirksam zu machen?

4) Christliche Kulturpolitik und christliche Sozialpolitik lassen sich nicht trennen, weil derselbe christliche Mensch sowohl Quelle wie Ziel beider ist. Die christliche Sozialpolitik gehört zur christlichen Kul-

turpolitik wie das Einzelorgan zum lebendigen Gesamtorganismus. Von ihm getrennt, erstirbt es. Wenn ihr euch also für eine christliche Kulturpolitik, wenn ihr, um ein Beispiel zu nehmen, für die katholische Bekenntnisschule — merkt wohl auf: ein unersetzliches Gut! — euch einsetzt, so arbeitet ihr damit auch an den Grundlagen einer christlichen Sozialpolitik.

5) Es darf nicht sein, dass die Welt der Werktätigen dem gottlosen Materialismus verfällt. Sie für Gott und Christus zu retten, dafür muss das Letzte eingesetzt werden.

Schafft der Arbeiterjugend eine seelische Heimat in eurem Lager. Sonderinteressen von Jugend-oder Arbeiterorganisationen, die der Erreichung dieses Zieles im Wege stehen sollten, mögen grossmütig einem so lebenswichtigen Ziel geopfert werden.

Wenn kürzlich ein für alle Katholiken verbindlicher Trennungsstrich gezogen worden ist zwischen dem katholischen Glauben und dem atheistischen Kommunismus, so geschah es aus demselben Grund, nämlich um einen Damm aufzuwerfen zur Rettung — nicht nur der Werktätigen, sondern aller ohne Ausnahme, vor dem Gott und die Gottesverehrung verneinenden Marxismus. Der Erlass hat nichts zu tun mit dem Gegensatz zwischen arm und reich, zwischen Kapitalist und Proletarier, Besitzendem und Besitzlosem. Um die Rettung und Reinerhaltung der Religion und des christlichen Glaubens, um ihre freie Betätigung ging es, und damit auch um das Glück und die Würde, die Rechte und die Freiheit des arbeitenden Menschen. Blind fürwahr müsste der sein, der die letzten Jahrzehnte miterlebt hat und dies nicht verstehen wollte.

Das sind die besonderen Mahnungen, die Wir glaubten bei dieser feierlichen Gelegenheit an euch richten zu sollen.

Und nun, geliebte Söhne und Töchter des katholischen Deutschlands, bewahrt und pflegt mit eifersüchtiger Sorgfalt ein doppeltes heiliges Erbe, das eure Väter euch hinterlassen haben:

Das erste ist die christliche Familienkultur. Wo sie noch besteht, besonders auf dem Land, erhaltet und verteidigt sie. Ja, verteidigt sie, denn sie ist auch dort in grosser Gefahr, verloren zu gehen. Wo sie bereits verloren ging, besonders in gewissen Grosstadtbezirken der Werktätigen, baut sie wieder auf. Nichts Kostbareres könnt ihr euren Kindern, eurer Jugend schenken als die christliche Familienkultur.

Das andere ist die Einheit und Zusammenarbeit im öffentlichen Raum. Ganz gewiss bleibt das Ziel der Erlösung die persönliche Heiligung womöglich aller Einzelnen. Allein nach dem Gnadenplan Gottes soll die Heiligung des Einzelmenschen Wurzel fassen, blühen und Frucht

bringen in der Gemeinschaft, in der er steht und die selbst vom Glauben an Gott und vom Geiste Christi belebt ist. Hier tut sich die Sendung der katholischen Kirche für das öffentliche Leben auf. Als Lebensprinzip der menschlichen Gesellschaft soll sie, aus den tiefen Quellen ihrer inneren Reichtümer schöpfend, ihren Einfluss auf alle Gebiete des menschlichen Daseins ausdehnen. Und hier liegen die weiten Möglichkeiten des Wirkens gerade der Laien in der Kirche und für die Kirche. Sie lagen immer hier. Greift zu, wie es eure Väter vorbildlich getan haben, unternehmend, erfinderisch, entschlussbereit, « ein Herz und eine Seele ». [1]

« Der Gott aller Gnade, der euch zu seiner ewigen Herrlichkeit berufen hat in Christus, wird selbst euch durch kurzes Leiden hindurch ausrüsten, stärken, kräftigen und festigen. Ihm sei die Macht von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen ». [2]

Als Unterpfand dessen erteilen Wir euch allen, die Wirkkraft eurer Tagung unter den mächtigen Schutz Marias, der « Hilfe der Christen » stellend, in väterlicher Liebe aus der Fülle des Herzens den Apostolischen Segen.

[1] *Act.*, 4, 32.
[2] *1 Petr.*, 5, 10-11.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

LYCOPOLITAN. COPTORUM

DECRETUM

EPARCHIAE LYCOPOLITANAE COPTORUM FINES DECLARANTUR

Ad quaecumque praecavenda dubia quae ex interpretatione Bullae « Ex Petri Cathedra » oriri possunt, et ad omnigenam dissentionis causam radicitus removendam, Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali districtius definiendos censuit septentrionales fines noviter Eparchiae erectae Lycopolitan., vulgo « Assiut », in praedicta Bulla diei 10 m. Augusti a. 1947 descriptos, verbis : « Novis huius Eparchiae fines hi erunt : ad septentrionem Eparchia Hermopolitana (28° latitudinis), etc. ».

Quam ob rem, Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII, in Audientia diei 5 m. Iulii anni currentis, referente Excmo ac Revmo D. Adsessore eiusdem Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, decernere dignatus est ut fines novae Eparchiae Lycopolitanae ad septentrionem cum Eparchia Hermopolitana iidem exstent, qui a Littera Apostolica « Christi Domini » Leonis XIII f. r. diei 26 m. Novembris a. 1895 delimitantur, i. e. : « (Eparchia Hermopolitana) continentur circulo fere medio inter gradum vigesimum septimum et vigesimum octavum latinudinis borealis, ubi scilicet locus iacet Sacci-t-Moussé ad Nilum flumen... ».

Ad haec omnia exsecutioni mandanda idem Ssmus Dominus Noster deputare dignatus est Revmum Regentem Internuntiaturam Apostolicam in ditione Aegyptiaca, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi quemlibet virum ecclesiasticum, onere imposito ad hanc Sacram Congregationem mittendi quam primum authenticum exemplar actus exsecutionis peractae.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die XV m. Iulii a. MCMXLIX.

✠ E. Card. TISSERANT, Ep. Portuensis et S. Rufinae, *a Secretis*

L. ✠ S.

A. Giovanelli, *Off.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

DE SALEM

DECRETUM

DIOECESIS DE SALEM CLERO SAECULARI INDIGENAE COMMITTITUR

Cum in Dioecesi de Salem, in Statu Unionis Indiae, zelo et diligentia Patrum Societatis Parisiensis Missionum ad exteras gentes, quorum curis illa Dioecesis concredita est, permulti in caritatis et institutionis operibus atque in numero sacrorum ministeriorum obtenti fuerint progressus, Superior Generalis praedictae Societatis tempus advenisse censuit ut eadem Dioecesis Clero saeculari Indico gubernanda tradatur.

Eminentissimi vero Patres huic Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando praepositi, in generalibus comitiis, die XVIII mensis Februarii currentis anni habitis, re maturius perpensa et audito favorabili voto Excmi P. D. Leonis P. Kierkels, in Statu Unionis Indiae Internuntii Apostolici, praefatam Dioecesim de Salem, per resignationem Excmi P. D. Henrici Amati Prunier, dictae Societatis Parisiensis sodalis, et eiusdem translationem ad Ecclesiam titularem Tanagraeam, in praesens vacantem, clero saeculari indico concredendam putaverunt.

Quam Emorum Patrum sententiam Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Papa XII, in Audientia diei III Martii eiusdem anni, referente infrascripto huius Sacrae Congregationis Cardinali Praefecto, ratam habuit et confirmavit praesensque ad rem Decretum confici ac publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die III mensis Martii anno Domini MCMXXXXIX.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodosiopolitan., *a Secretis.*

II

STANLEY FALLS
(STANLEYPOLITAN.)

DECRETUM

VICARIATUS APOSTOLICUS DE STANLEY FALLLS DEINCEPS « STANLEYPOLITANUS » APPELLABITUR.

Cum in Congi Belgici finibus nomen Vicariatus Apostolici de Stanley Falls, Congregationi Sacerdotum a Sacro Corde Iesu concrediti, nimis generatim finium ipsius Vicariatus condicionem ostenderet, visum est ad eiusdem mutationem procedere.

Itaque in plenariis comitiis die 7 Martii huius anni habitis, Emi ac Revmi Patres huic S. Dicasterio de Propaganda Fide praepositi, ut inolescenti eiusdem S. Congregationis consuetudini appellandi nempe missiones a suae cuiusque Ordinarii sedis nomine obsecundarent, memoratum Vicariatum de Stanley Falls deinceps Vicariatum Apostolicum *Stanleypolitanum* appellandum censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam, in Audientia diei 10 eiusdem mensis et anni Ssmo D. N. Pio Div. Prov. Pp. XII ab infrascripto huius S. Congregationis Secretario relatam, Summus Pontifex, benigne excipiens, ratam habuit et confirmavit, praesenque ad rem Decretum expediri iussit.

Datum ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 10 Martii mensis a. D. 1949.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodosiopolitan., *a Secretis.*

III

DE KASSAI SUPERIORE
(LULUABURGEN)

DECRETUM

VICARIATUS APOSTOLICUS DE KASSAI SUPERIORE DEINCEPS « LULUABURGENSIS » APPELLABITUR.

Cum in Congi Belgici finibus nomen Vicariatus Apostolici « de Kassai Superiore », Congregationi Immaculati Cordis Mariae concrediti, hodiernam ipsius Vicariatus finium condicionem nimis generatim ostenderet, visum est ad eiusdem mutationem procedere.

Itaque, in plenariis comitiis die 7 Martii huius anni habitis, in quibus de novo Vicario Apostolico praelaudati Vicariatus nominando actum est, Emi ac Revmi Patres huic S. Dicasterio praepositi etiam de nomine eiusdem Vicariatus immutando egerunt, atque, re mature perpensa, ut huius S. Congregationis inolescenti consuetudini appellandi scilicet missiones a suae cuiusque Ordinarii sedis nomine obsecundarent, memoratum Vicariatum de Kassai Superiore deinceps Vicariatum *Luluaburgensem* appellandum censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam, in Audientia diei 10 eiusdem mensis et anni ab infrascripto huius S. Congregationis Secretario Ssmo D. N. Pio Div. Prov. Papae XII relatam, Summus Pontifex, benigne excipiens, ratam habuit et confirmavit praesenque ad rem Decretum confici iussit.

Datum ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 10 Martii a. D. 1949.

P. Card. Fumasoni Biondi, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodosiopolitan., *a Secretis.*

IV

DE UCAYALI - PORTUS MALDONADI

DECRETUM

DE FINIUM DEFINITIONE

Saluti animarum in regionibus peruvianis vulgo nuncupatis de Alto Yuruà et de Alto Purus providere cupientes, Emi ac Revmi Patres huic Sacro Dicasterio Christiano Nomini Propagando praepositi, in comitiis plenariis diei XI Aprilis vertentis anni habitis, de iurisdictione ecclesiastica earundem regionum egerunt.

Itaque quum constaret istas regiones, quidquid sit de antiqua condicione iuridica, de facto iurisdictioni nullius circumscriptionis ecclesiasticae in praesens subiacere, Emi Patres, audito voto Excmi P. D. Aloysii Arrigoni, f. m., Apostolici in Peruvia Nuntii, et eorum, ad quos spectat, Ordinariorum, easdem regiones adnectendas esse censuerunt finitimis Apostolicis Vicariatibus: regionem peruvianam vulgo dictam de Alto Yuruà, interiectam territoriis Vicariatuum Apostolicorum de Ucayali et Portus Maldonadi, usque ad divortium aquarum fluminum Yuruà et Curanja, uniendam esse Vicariatui Apostolico de Ucayali; regionem vero peruvianam quae extenditur ad orientem supradicti territorii de Alto Yuruà, vulgo appellatam Alto Purus, adiungendam esse Vicariatui Apostolico Portus Maldonadi.

Quam Emorum Patrum sententiam, Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Pp. XII in Audientia diei XXI Aprilis huius anni ab infrascripto huius S. Congregationis Cardinali Praefecto relatam, Summus Pontifex ratam habuit et confirmavit, atque praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 21 mensis Aprilis a. D. 1949.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodosiopolitan., *a Secretis.*

VI

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis, ut infra, datis Decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XII dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum:

die 3 Martii 1949. — Cathedrali Ecclesiae de Salem praefecit R. D. Lurdu Mariadanen Selvanaden, e clero saeculari.

die 10 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Bellaryensi R. P. Ioannem Forest Hogan, O. F. M.

— Cathedrali Ecclesiae Cuttackensi R. P. Paulum Tobar Gonzales, C. M.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bladiensi R. P. Aemilianum Hieronymum Pillai, O. M. I., quem constituit Coadiutorem cum iure successionis hodierni Episcopi Iaffnensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Belalitanae R. P. Bernardum Mels, Congregationis Immaculati Cordis Mariae sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum Luluaburgensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Callipolitanae R. P. Iosephum Albertum Wittebols, Congregationis Sacerdotum a S. Corde sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum Wambaënsem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sbidensi R. P. Ioannem Groen, Missionariorum a Sancta Familia, quem constituit Vicarium Apostolicum Bandjermasinensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Alabadensi R. P. Iosephum M. Garcia Grain, O. P., quem constituit Vicarium Apostolicum Portus Maldonadi.

die 7 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Gazerensi R. P. Patritium Byrne, Societatis de Maryknoll pro missionibus exteris sodalem, quem Delegatum Apostolicum Koreae deputavit.

die 21 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Zinceuvensi R. P. Petrum Gratianum Grimm, O. F. M. Capuccinorum.

— Cathedrali Ecclesiae Aimerensi R. D. Leonem D' Mello, e clero saeculari eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Chomatitanae R. P. Laurentium Bianchi, Instituti Pontificii a Ss. Apostolis Petro et Paulo et a Ss. Ambrosio et Carolo pro missionibus ad exteras gentes sacerdotem, quem Coadiutorem cum iure successionis Episcopi Scüamchiamensis constituit.

— Titulari episcopali Ecclesiae Aezitanae R. P. Evangelistam Mac Bride, O. F. M., quem constituit Vicarium Apostolicum de Kokstad.

die 5 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Ahmedabadensi R. P. Edwinum Pinto, S. I.

die 12 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Poonensi R. D. Andream D'Souza, e clero saeculari.

— Titulari episcopali Ecclesiae Amporensi R. P. Iosephum Rosenhammer, O. F. M., quem constituit Vicarium Apostolicum de Chiquitos.

VII

NOMINATIONES

Decretis, ut infra, datis, Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit:

die 1 Aprilis 1949. — R. P. McCoy Owen, e Societate missionariorum Africae, *Praefectum Apostolicum Oyoënsem.*

die 3 Iunii. — R. P. Cremers Oscarem, O. F. M., *Praefectum Apostolicum de Hollandia.*

die 14 Iulii. — R. P. Nel Ramirez Petrum a Sancto Thoma a Villanova, O. R. S. A., *Praefectum Apostolicum de Tumaco.*

die 19 Iulii. — R. D. Valencia Cano Gerardum, e Seminario de Yarumal pro missionibus exteris, *Praefectum Apostolicum de Mitu.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

BONONIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI IOSEPHI BEDETTI, SACERDOTIS SAECULARIS E TERTIO ORDINE SERVORUM B. M. V.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Bononiensis civitas, quae longo saeculorum decursu, innumeras omne genus glorias sibi comparavit, anteacto saeculo, Sacerdotem genuit, a quo vitae sanctitate apostolicisque ministeriis fuit illustrata. Iosephum

Bedetti dicimus, cuius virtutes viam ad Beatificationis honores ei comparandos sternere videntur.

Quintus ex novem filiis, quos Aloisius Bedetti ac Teresia Bugamelli, pii honestique coniuges, genuerunt, die 23 Iulii mensis anno Domini 1799, Bononiae lucem aspexit, eodemque die lustralibus aquis fuit ablutus. Die 19 Octobris 1806 Confirmationis sacramentum accepit. Pie institutus mature religiosam vitam in Societate Iesu, vix restituta, amplecti conatus est. Verum, infirmae valetudinis ergo, paullo post, invite quidem, exire coactus fuit; sed erga eandem Societatem bene semper animo affectus perstitit.

Saeculari Clero adscriptus atque ad Sacerdotium die 22 Martii a. 1822 promotus, p. Stanislao Vincentio Tomba, e Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum, moderante, sacris ministeriis continuo se addixit, tenuiorum curam ceteris praeferens, eos catechesim docendo, eorum necessitatibus cum spiritualibus tum temporalibus subveniendo, nullam sibi requiem concedens, ut animos Christo lucrifaceret. Quare, sicut S. Ioannes Baptista De Rossi Romae, ita iisdem ministeriis Iosephus Bedetti Bononiae operam impendit. Peccatoribus enim carcere detentis eorumque custodibus, capite plectendis, infirmis sive in hospitalibus, sive domi degentibus, aurigis, opificibus, baiulis, pauperibus, adulescentulis, pro quibus nocturnam scholam a. 1838 instituit, quae tantum civium favorem obtinuit, ut plures aliae fuerint eius consilio et opera Bononiae apertae, amantissimum patrem, amicum benevolum, solatorem unicum, effusissimum largitorem se praebuit, innumerasque animas Deo conciliavit, atque ad christianam perfectionem adduxit.

Quibus in ministeriis plures nactus est difficultates, quas fortiter, Deo confisus, superavit, pluraque a nequam hominibus est passus, quibus generose veniam concessit.

Unanimis est omnium concordia testificantium Servum Dei sanctimoniae mirum exemplar claruisse. In sacrosancto Missae sacrificio celebrando persaepe a sensibus abstractus visus est; plures horas in oratione protrahebat; ferventissima erga Deiparam religione enituit, regulamque tertii Ordinis Servorum Mariae professus est, atque tertiariorum veste sepeliri voluit.

Gregorius XVI, Cardinali Oppizzoni, Archiepiscopo, morem gerens, Servum Dei Canonicum Basilicae S. Petronii; Pius IX autem Cubicularium secretum elegit.

Nonagenarius senex die 4 Ianuarii a. 1889 sanctam oppetiit mortem.

Annis 1923-1926 canonicae ordinaria auctoritate in Bononiensi Curia confectae sunt inquisitiones, quibus additus fuit alter processus ab ea-

dem Curia annis 1935-1941 constructus. Confecti quoque fuere et processiculus « Diligentiarum » super scriptis, atque super obedientia decretis Urbani Papae VIII de cultu liturgico Servis Dei non praestando. Scriptis perpensis, Sacra haec Congregatio die 18 Iunii 1930 decrevit: Nihil obstare quominus ad ulteriora posset procedi. Interim plures Beatissimo Patri oblatae sunt litterae Causae Introductionem postulantes.

Servatis omnibus de iure servandis, instante Revmo P. Philippo Mariae Ferrini, O. S. M. causae Postulatore legitime constituto, in Ordinario S. R. C. Coetu, die 14 Decembris anteacti anni, habito, Emus ac Revmus Cardinalis Alexander Verde dubium posuit disceptandum: *An signanda sit commissio Introductionis causae huius Servi Dei, in casu et ad effectum de quo agitur,* de eaque retulit. Emi ac Revmi Patres Cardinales, relatione hac audita, auditis quoque Officialium Praelatorum suffragiis, scripto datis, nec non voce et scripto R. P. D. Salvatore Natucci, Promotore generali Fidei, rescribere censuerunt: *Signandam esse commissionem, si Ssmo placuerit.*

Facta autem a R. P. D. Promotore generali Fidei relatione Ssmo D. N. Pio Papae XII, Sanctitas Sua, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *commissionem Introductionis Causae Servi Dei Iosephi Bedetti* propria manu dignata est signare.

Datum Romae, die 2 Ianuarii a. D. 1949.

✠ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Praefectus.*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius.*

II

SINARUM

CANONIZATIONIS BEATORUM GREGORII GRASSI, EPISCOPI ORTHOSIENSIS VICARII APOSTOLICI DE SCIAN-SI SEPTENTR., MODO ARCHIDIOECESIS TAEIÜENEN., FRANCISCI FOGOLLA, EPISCOPI BAGEN. EIUS COADIUTORIS, ANTONINI FANTOSATI, EPISCOPI ADRAEN. VICARII APOSTOLICI HUNANEN. MERIDIONALIS, MODO DIOECESIS HEMCEUVEN., EX ORDINE FRATRUM MINORUM, ET XXVI SOCIORUM MARTYRUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Reassumptionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Ardentissimum optatum, quod S. Franciscus, Minorum Patriarcha, avebat, nimirum advolandi inter exteras gentes, evangelium praedicandi, atque martyrium subeundi, ex parte tantum in ipso, perfecte vero in pluribus suis filiis, ab initio sui Ordinis usque adhuc, gloriose est impletum.

Ad centena millia enim annumerantur Fratres Minores, qui tractu saeculorum ad exteras gentes Christum daturi et sanguinem generose advolarunt, pluresque martyrii palmam sunt assecuti. Quos inter, nostris fere diebus, Gregorius Grassi, Episcopus Orthosiensis, Vicarius Apostolicus de Scian-si Septentrionali, modo archidioecesis Taeiüenensis, Franciscus Fogolla, Episcopus Bagensis eius coadiutor, Antoninus Fantosati, Episcopus Adraensis, Vicarius Apostolicus Hunanensis Meridionalis, modo dioecesis Hemceuvensis, Elias Facchini Sacerdos, Theodoricus Balat Sacerdos, Ioseph Maria Gambaro Sacerdos, Caesidius Giacomantonio Sacerdos, Andreas Bauer laicus professus. Septem quoque Sorores ex Instituto Franciscalium Missionariarum Mariae martyrium pariter subierunt, hae sunt: Maria Ermellina, Maria a Pace, Maria Clara, Maria a S. Natalia, Maria a S. Iusto, Maria Amandina, Maria Adolfina; quinque quoque Seminarii alumni mortem pro Christo oppetiere: Ioannes Tciang, Patritius Tun, Ioannes Van, Philippus Tciang, alter Ioannes Tciang; nonnulli alii aut famuli, aut missionis domui addicti fideles ad mortem usque catholicae fidei se probaverunt: Thomas Sen, Simon Tceng, Petrus U-Ngan-Pan, Franciscus Tciang-Iün, Matthias Fun-Te, Iacobus Ien-Kutun, Petrus Tcian-Pan-Nieu, Iacobus Tciao-Tciuen-Sin, Petrus Van-Ol-Man.

Hi omnes veluti martyrum primitiae inter Boxerum insectationis victimas ex plurimis aliis utriusque sexus, qui pariter non minori fortitudine sanguinem fuderunt, selecti sunt atque ab Actoribus Sacrae huic Congregationi propositi, qui Beatorum fastis ab Ecclesia adscriberentur. Quod Pii Papae XII auctoritate die 24 Novembris anno 1946, in Vaticana Basilica sollemniter actum est.

Nonnulla modo, ut fertur, signa post collectivam horum Beatorum invocationem contigerunt, quae probabiliter ad canonizationem viam sternere videntur. Quapropter nonnulli sacrorum Antistites Sinensis Reipublicae, Generalis Ordinis Fratrum Minorum Minister, Generalis Sororum Franciscalium Missionariarum Mariae Superiorissa, enixe a Summo Pontifice resumptionem causae Canonizationis postularunt.

Eapropter instante Rmo P. Fortunato Scipioni, Ordinis Fratrum Minorum Generali Postulatore, servatis de iure servandis, Emus ac Rmus Cardinalis Alexander Verde, causae Ponens seu Relator, in Ordinario Sacrae huius Congregationis coetu die 4 Ianuarii mensis anni huius dubium posuit disceptandum: *An signanda sit commissio Reassumptionis Causae praedictorum Beatorum Martyrum in casu et ad effectum de quo agitur,* de eaque retulit. Emi ac Rmi Cardinales, omnibus perpensis, auditoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, responderunt: *Affirmative,* nempe: *Signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem ab infrascripto Cardinali, subsignata die, relatione Ssmo D. N. Pio Papae XII, Sanctitas Sua, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *commissionem Reassumptionis Causae Beatorum Gregorii Grassi et Sociorum Martyrum* Sua manu dignata est signare.

Datum Romae, die 25 Februarii a. D. 1949.

✠ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Praefectus.*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius.*

III

CORISOPITEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI IULIANI MAUNOIR, SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS IESU.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum, tum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Apostolus Paulus salvificam Dei voluntatem erga omnes homines declarans, atque munus exaltans necessariae praedicationis veritatum fidei, ut iisdem illi possint adhaerere: *Quomodo invocabunt,* scribit, *in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante? Quomodo vero praedicabunt nisi mittantur? Sicut scriptum est: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona* (Rom., 10, 14-15). Gentes quae Britanniam Minorem incolebant, saeculo decimoseptimo in tantae impietatis atque tam turpium superstitionum profundum delapsae fuerant, ut christianae fidei lumen in pluribus fere extinctum misere fuisset.

His tam gravibus malis misericors Deus occurrere volens, duos viros, praeceteris, elegit, Michaëlem Le Nobletz et Iulianum Maunoir, qui illam gentem ad Christi ovile magna ex parte reducerent. De alterius virtutibus modo causa agitur.

Iulianus humili loco die 1 Octobris mensis anno 1606 in oppido Saint-Georges-de-Reitembault, intra Rhedonensis dioecesis fines, natus eodemque die adoptivus Dei filius renatus, pios parentes Isaac atque Gabrielam Deloris nactus est, a quibus in caritate erga Deum atque erga proximos verbo et exemplo fuit educatus. Qualis et quantus ipse foret, Venerabili Michaëli Le Nobletz dignatus est Dominus, ut a testibus asseveratur, revelare. Hic enim Dei Servus, cui ignotus omnino erat puer Iulianus eiusque familia, in oppido Douarnenez sermonem ad populum habens: « Gratias Deo agamus, exclamavit, quia mihi successorem concessit. Hic est septennis eritque Societatis Iesu sodalis ». Quae vaticinatio alias ab eo iterata ad amussim eventu comprobata est.

Iulianus enim, cuius egregiae animi dotes, sanctaque vita in civitate Rhedonensi, ubi studiis vacabat, notae erant, enixe ut in Societatem Iesu

cooptaretur petiit, votique maxima animi laetitia die 16 Septembris a. 1625 compos fuit factus. Tirocinio exacto, philosophicis incubuit studiis, magisterio deinde functus est, sacrae theologiae operam navavit et anno 1637 ad Sacerdotium est promotus. Apostolico exaestuans ardore, ad Canadensem missionem mitti optabat, in qua sodales Isaac Jogues et Socii, facti postea Christi martyres, illis gentibus evangelizabant. Verum, Deo sic disponente, ad Armoricae regionis populum catechizandum fuit destinatus. Paucos intra dies, difficillimam incolarum linguam tam perfecte addidicit, ut concionari expedite potuerit. Eius eloquentiae vis, cum piis industriis, iugis orationis exercitio ac aspera vitae ratione coniuncta, tam efficaciter auditorum animos commovebat, ut vel ab initio sacri ministerii, intra unius biennii spatium, ut fama refert, ad triginta hominum milia ad Deum reduxerit.

Per quadraginta annos et ultra Servus Dei pro animorum salute totis viribus similiter adlaboravit, nullam sibi requiem concedens, et iuges sine mora in via sanctitatis ascensiones sibi comparans, a Deo rursus munifice atque abundantibus laetisque animorum manipulis repensus.

Eius exemplo commoti, plures saeculares sacerdotes se ei adiunxerunt in sacris obeundis expeditionibus, atque ita evenit, ut non solum efficaciores hae fierent, sed etiam in clero sacerdotales reviviscerent virtutes.

Die 28 Ianuarii a. D. 1683, laboribus ac senectute fractus, Servus Dei Ecclesiae Sacramentis roboratus, lectissimam exhalavit animam, in oppido Plévin in Corisopitensi dioecesi.

Tanta fuerat Servi Dei ab incunabulis ad mortem usque sine ulla vel minima remissione virtutum omnium fama, ut fere totius populi voce, sanctus fuerit conclamatus; quae quidem vox miraculorum numero increbuit. Quare in Corisopitensi et Sambriocensi Curia anno 1714 ordinaria auctoritate, canonicae inquisitiones mature confectae sunt. Pius Papa IX anno 1875 Introductionis causae commissionem subscripsit. In Corisopitensi et Rhedonensi curiis Apostolici processus constructi sunt, de quorum, sicut et de Ordinariorum iuridica vi favorabile editum est decretum die 10 Decembris a. 1900. Alia quoque Sacrae huius Congregationis decreta super Servi Dei scriptis, super obedientia Urbani VIII decretis liturgicum cultum Servis Dei prohibentibus, edita sunt.

Servatis itaque omnibus a iure praescriptis, coram Cardinali Ludovico Billot, Causae huius Ponente, die 17 Iunii a. 1913, Antepraeparatoria Congregatio coacta est, quam die 27 Ianuarii a. 1914 Praeparatoria est subsecuta. Verum quum novae exortae essent quaestiones super scriptis, de his a Congregationibus cum Sancti Officii tum Sacrorum Rituum, pertractatum est, atque, quum nullum impedimentum esset inventum,

nova Praeparatoria Congregatio die 28 Octobris a. 1947 habita est; Generalis vero, coram Ssmo D. N. Pio Papa XII, die 22 proximi elapsi mensis, in qua Rmus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens, dubium proposuit: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum, tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum, de quo agitur.*

Rmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores suum edidere suffragium, Beatissimus vero Pater aliquantisper esse cunctandum ratus est, ut effusis precibus a Deo, patre luminum, ipse illustraretur.

Hanc autem Dominicam, sacrae Quadragesimae primam, selegit, ut suam ferret sententiam.

Arcessitis itaque Rmis Cardinalibus Alexandro Verde, Causae Ponente, atque infrascripto Sacrae huius Congregationis Praefecto, nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, meque Secretario, sacrosancto Missae sacrificio sancte oblato, edixit: *Ita constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum, tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Iuliani Maunoir in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur, ut ad ulteriora procedi possit, nempe ad disceptationem miraculorum.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 6 Martii, Dominica I Quadragesimae a. D. 1949.

✠ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Praefectus.*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius.*

IV

URBIS ET ORBIS

DECRETUM

DE LAMPADE SSMI SACRAMENTI ET DE LUMINIBUS IN SACRIS FUNCTIONIBUS ADHIBENDIS.

Decreto diei 13 Martii anno 1942 Sacra haec Congregatio, plurimorum Ordinariorum instantiis morem gerens, indultum quod anno 1916, Europaeo bello saeviente, praecarie concesserat ita prorogavit, ut eorum

prudenti iudicio, peculiaribus novi belli condicionibus consideratis, facultatem remisit « ubicumque oleum olivarum vel cera apum vel penitus deficiant vel sine gravi incommodo et dispendio haberi nequeant » ibi lampas Ssmi Sacramenti aliis oleis quantum fieri potest vegetabilibus, nutriri possit, ultimo autem loco etiam lux electrica adhibeatur. Concessit quoque Sacra haec Congregatio ut deficiente cera possit reduci numerus candelarum pro singulis sacris functionibus rite praescriptus, et huic cereorum deficientiae sufficiantur, usque ad candelarum numerum requisitum, alia lumina, etiam electrica.

Verum etsi modo nec cera nec oleum deficiant, perpenso tamen gravi horum pretio, Sacra haec Congregatio indultum hoc ita moderari intendit, ut firmo adhuc manente indulto pro lampade Ssmi Sacramenti concesso, pro Missae privatae celebratione duae candelae cereae adhibeantur, quatuor saltem pro solemni seu cantata, item quatuor pro solemni expositione Ssmi Sacramenti, suppleto maiori numero requisito aliis luminibus.

Ceterum Revmos Ordinarios hortatur ut, quam citius fieri potest, veneranda saecularis traditio instauretur.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 18 Augusti 1949.

✠ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Praefectus.*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

9 gennaio 1949. Monsig. Romano Emanuele, dell'archidiocesi di Monreale.
19 marzo » Monsig. Crean Riccardo T., della diocesi di Trenton.
25 maggio » Monsig. Gounin Pietro, dell'archidiocesi di Tours.
» » » Monsig. Cassidy Giorgio Leone, della diocesi di Hamilton.
31 » » Monsig. Ruggieri Olindo, dell'archidiocesi di Taranto.
» » » Monsig. Caroli Fedele, della medesima archidiocesi.
1 giugno » Monsig. Lembo Luigi, dell'archidiocesi di Sorrento.
29 » » Monsig. Di Pietro Pietro, della Prelatura di Pompei.

Prelati domestici di Sua Santità:

21 gennaio 1946. Monsig. Allchin Federico J., dell'archidiocesi di Boston.
» » » Monsig. Driscoll Marco C., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Filion Enrico J., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Mackenzie Eric F., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. McCoy Tommaso R., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. McGarry Giovanni J., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Sexton Giovanni E., della medesima archidiocesi.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Pïano:

15 febbraio 1948. A S. E. il sig. Diana marchese Pasquale, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario d'Italia presso la Santa Sede.
29 giugno » A S. E. il sig. Walshe Giuseppe Patrizio, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario d'Irlanda presso la Santa Sede.
26 febbraio 1949. A S. E. il sig. De Gasperi Alcide (Italia).
22 aprile » A S. E. il sig. Fernandes Raul (Brasile).

2 giugno 1949. A S. E. il sig. Despradel Roberto, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica Dominicana presso la Santa Sede.
» » » A S. E. il sig. Caeiro da Mata Giuseppe (Portogallo).

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

26 giugno 1948. Al sig. Rodriguez Antonio (Chile).
26 febbraio 1949. Al sig. Miraglia dott. Francesco (Italia).
13 maggio » Al sig. Jacini dei conti Stefano, dell'archidiocesi di Milano.

La Commenda dell'Ordine Piano:

26 aprile 1948. Al sig. Del Balzo di Presenzano duca Giulio (Italia).

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

29 giugno 1948. A S. E. il sig. Pacelli principe don Giulio, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario di Costarica presso la Santa Sede.
» » » A S. E. il sig. Forcade y Jorrín Alfonso, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario di Cuba presso la Santa Sede.
19 agosto » A S. E. il sig. Thibaudeau Rinfret on. Gustavo Enrico (Canadà).
22 aprile 1949. A S. E. il sig. Neves da Fontuora Giovanni (Brasile).
» » » A S. E. il sig. De Souza Leao Gracie Samuele (Brasile).
2 giugno » A S. E. il sig. Wu Ching-Hsiung Giovanni, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario di Cina presso la Santa Sede.
» » » A S. E. il sig. Hélou Carlo, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario del Libano presso la Santa Sede.
» » » A S. E. il sig. Carbonell Debali Alfredo, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario dell'Uruguay presso la Santa Sede.
7 » » A S. E. il sig. Duarte Teofilo (Portogallo).
29 » » A S. E. il sig. Ibañez Martín Giuseppe (Spagna).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

29 giugno 1948. Al sig. Malfatti di Montetretto barone Gioacchino (Ordine di Malta).
» » » Al sig. Villacieros y Benito Antonio (Spagna).
17 settembre » Al sig. Poche Rodolfo (Olanda).
26 marzo 1949. Al sig. Guebels Leone (Congo Belga).
22 aprile » A S. E. il sig. d'Alamo Lousada Francesco (Italia).
» » » A S. E. il sig. Latour Giorgio (Brasile).
» » » A S. E. il sig. Martin Thompson Flores Carlo (Brasile).
13 maggio » Al sig. Terenzio architetto Alberto (Roma).

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 aprile 1947. Al sig. O'Brien Giuseppe Ambrogio, della diocesi di Pembroke.
24 giugno 1949. Al sig. Giove comm. Edoardo (Roma).

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

18 gennaio 1946. Al sig. Martino ten. colonnello Roberto (U. S. A.).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 novembre 1945. Al sig. Gounot Emanuele, dell'archidiocesi di Lione.
» » » Al sig. Charvet Luigi, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Lucien-Brun Pietro, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Chapas Giorgio, della medesima archidiocesi.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

26 febbraio 1949. Al sig. Andreotti Giulio (Italia).
22 aprile » A S. E. il sig. De Mello Ferreira Rubens (Brasile).
» » » A S. E. il sig. De Oliveira Antonio Camillo (Brasile).
» » » A S. E. il sig. De Souza Leao Filho Gioacchino (Brasile).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

24 settembre 1947. Al sig. Labrada Chércoles architetto Antonio, della diocesi di Siguenza.
9 giugno 1948. Al sig. De Castro Menezes Aldo (Brasile).
26 febbraio 1949. Al sig. Scola Camerini Giovanni (Italia).
22 aprile » Al sig. Gabizo De Coelho Lisboa Giovanni Pizarro (Brasile).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

14 marzo 1946. Al sig. Pinetti Agostino, dell'archidiocesi di Milano.
2 giugno » Al sig. Espildora Luque Cristoforo, dell'archidiocesi di Santiago del Cile.
» » » Al sig. Moreno Echavarria Raffaele, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Fernandes Larrain Sergio, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Zamorano Stanislao, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Varas Contreras Guglielmo, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Madrid Osorio Emilio, della medesima archidiocesi.

An. et vol. XXXXI 3 Octobris 1949 (Ser. II, v. XVI) - N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LEOPOLDINENSIS

CANONICORUM CAPITULUM IN CATHEDRALI ECCLESIA LEOPOLDINENSI ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sapienter praescribunt sacri canones Cathedrales Ecclesias suum quamque habere Canonicorum Capitulum, qui divinas laudes in ipsis cathedralibus templis Deo persolvant et Episcopo sacra solemniter peragenti assistere eique in pastorali munere obeundo validum consilio et opera praebere valeant adiumentum. Quod considerantes, Nos, attento venerabilis Fratris Caroli Chiarlo, Archiepiscopi Titularis Amideni, in Brasiliana Republica Nuntii Apostolici, favorabili voto, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, libenter excipiendas duximus venerabilis Fratris Delphini Ribeiro Guedes, Episcopi Leopoldinensis, supplices preces, quibus a Nobis postulavit ut in sua cathedrali ecclesia ad iuris canonici normam Capitulum constituatur, rati hoc ecclesiastico illius dioecesis regimini non parum profuturum. Suppleto igitur, quatenus opus sit, aliorum quorum intersit vel qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, certa scientia, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, in Cathedrali Ecclesia Leopoldinensi Capitulum erigimus et constituimus, duabus constans digni-

tatibus, nempe Decano et Praeposito, atque octo Canonicis, quorum unus ad officium Theologi et alter ad officium Paenitentiarii ad iuris communis normam deputetur. Cum autem hae Litterae Nostrae ad exsecutionem demandatae fuerint, Dioecesani Consultores, absque ulla declaratione a suo munere cessabunt. Quoniam vero Presbyteri in Canonicos eligendi aliis ecclesiasticis muniis, praecipue animarum cura, modo distenti sunt et canonicales praebendae nondum praesto sunt, Nos, quousque erecti canonicatus congrua praebenda aucti non fuerint, eosdem Capitulares a residendi penes Cathedralem obligatione dispensamus, atque indulgemus ut chorale servitium festis solemnioribus et insuper die festo S. Sebastiani Martyris, Titularis Ecclesiae cathedralis, tantum persolvatur, facta tamen Episcopo pro tempore Leopoldinensi facultate ipsos Canonicos convocandi quoties opportunum aestimaverit ad vel dioecesis vel ipsius Capituli negotia agenda circa quae ex sacrorum canonum praescripto Capitulum audiendum est, aut eiusdem consensus exquirendus. Collatio Dignitatum Apostolicae Sedi ad iuris tramitem reservatur; electio vero Canonicorum, servatis de iure servandis, ad Episcopum spectabit, dummodo beneficium pro illa vice non sit obnoxium reservationibus apostolicis, de quibus in canone 1435 Codicis Iuris Canonici. Cum autem congruum sit eos qui in Episcopi consilium et senatum adsciscuntur quibusdam insignibus et privilegiis condecorari, statuimus ut Dignitates et Canonici intra fines dumtaxat propriae Dioecesis, in choro et in capitularibus functionibus deferre possint supra rochetum iuxta temporum opportunitatem, servatis de iure servandis, vel cappam violacei coloris cum pellibus ermellineis, vel palliolum, vulgo *mozeta,* item violacei coloris. Volumus insuper ut capitulares constitutiones ad iuris tramitem et iuxta quae praesentibus Litteris statuta sunt quamprimum conficiantur, quas, ab Episcopo adprobatas, ab omnibus postea Dignitatibus et Canonicis religiose observari iubemus. In ceteris vero omnibus iuris communis praescripta serventur. Ad quae omnia ut supra disposita et constituta executioni mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Carolum Chiarlo, in Brasiliana Republica Nuntium Apostolicum, vel illum qui in executionis actu eidem Nuntiaturae praefuerit, deputamus, eique propterea necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus ad S. Congregationem Consistorialem authenticum peractae executionis actorum exemplar transmittendi. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si

secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, id prorsus irritum et inane esse et fore volumus ac decernimus, contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus, quibus omnibus derogamus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur ostensis. Nemini autem hanc paginam erectionis, constitutionis, concessionis, derogationis, commissionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo nono, die trigesima Aprilis mensis, Pontificatus Nostri anno undecimo.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
S. Collegii Decanus.

Fr. A. I. Card. PIAZZA
S. C. Consistorialis a Secretis.

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXVII, n. 70. — Al. Trussardi.

II

BOMBAYENSIS
(AHMEDABADENSIS)

AB ARCHIDIOECESI BOMBAYENSI TERRITORII PARS SEIUNGITUR, QUAE IN NOVAM DIOECESIM, AHMEDABADENSEM NOMINE, ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Bombayensis Archidioecesis in Indiis Orientalibus, per Apostolicas Litteras *Humanae salutis auctor* a fel. rec. Leone Tertiodecimo, Decessore Nostro, kalendis septembribus anni millesimi octingentesimi octogesimi sexti primum constituta, etsi pluries iam dismembrata ad novas

erigendas dioeceses, tanta adhuc territorii amplitudine redundare noscitur, ut non amplius facile posse ab unico administrari Pastore videatur, attentis potissimum tum locorum ab episcopali sede distantia, tum fidelium et religionis operum aucto numero. De consilio itaque tam venerabilis Fratris Leonis Petri Kierkels, Archiepiscopi titularis Salaminensis et in *Unionis Indiae* Statu Internuntii Apostolici, tam venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, Nos, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia, omnibus mature perpensis, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ab archidioecesis Bombayensis territorio partem septentrionalem atque centralem totius provinciae *Guierat,* a flumine scilicet *Mahi* usque ad regionem *Sind,* totam peninsulam *Kathiavar* et insulam *Cutch* distrahimus, quod quidem territorium, iam ab anno millesimo nongentesimo trigesimo quarto praefata de Propaganda Fide Congregatio Missionem de facto, quamvis non de iure, haud archidioecesis Bombayensis dicioni subiectam constituerat, idemque territorium in novam erigimus et constituimus dioecesim, quae, ab urbe principe *Ahmedabad,* Ahmedabadensis nomine appellandam decernimus eamque sollicitis Societatis Iesu sodalium, iampridem illic tam fructuose adlaborantium, curis, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, concredimus. Novam hanc dioecesim Ahmedabadensem suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Bombayensi, cuius propterea metropolitico iuri Episcopos pro tempore Ahmedabadenses subiectos volumus. Sedem porro episcopalem dioecesis in praefata *Ahmedabad* urbe figimus, a qua ipsa dioecesis nomen mutuatur; quam quidem urbem ad civitatis episcopalis gradum evehimus. Episcopi vero cathedram in paroeciali Ecclesia ibi exstante, Deo in honorem B. M. V. de Monte Carmelo dicata, statuimus, quam ad cathedralis Ecclesiae dignitatem extollimus eique idcirco et Episcopis Ahmedabadensibus omnia tribuimus iura, privilegia, insignia, honores et gratias, quibus ceterae ecclesiae cathedrales earumque Antistites iure communi gaudent, illosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quum vero praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in nova hac dioecesi Canonicorum Capitulum modo erigatur, indulgemus ut interim pro Canonicis Consultores dioecesani ad iuris normam eligantur et adhibeantur. Mensae episcopalis autem dotem constituent congrua redituum et bonorum pars, ad quam supra memoravimus Missionem de facto pertinentium, nec non Curiae emolumenta et oblationes quae a fidelibus in quorum bonum dioecesis ipsa erecta est, praeberi solent. Quod autem

attinet ad dioecesis regimen et administrationem, ad Administratoris, sede vacante, electionem, ad illorum qui in sortem Domini vocati sint institutionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones et decreta synodalia in Indiis Orientalibus vigentia praescribunt. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta ad exsecutionem mandanda illum, qui Apostolicae Internuntiaturae in *Unionis Indiae* Statu exsecutionis tempore praeerit, deputamus eique opportunas tribuimus facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et illi onus facimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad S. Congregationem de Propaganda Fide quamprimum transmittendi. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur ostensis. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse ac fore volumus et decernimus, non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, vel excerptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae praesentibus Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario

attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo nono, die quinta Maii mensis, Pontificatus Nostri anno undecimo.

Pro S. R. E. Cancellario

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
S. Collegii Decanus.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus.

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXVII, n. 60. — Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TEMPLUM, CUIUS TITULUS « BOM JESUS », IN MEDIO LOCO VETERIS GOAE CIVITATIS, INTRA FINES PATRIARCHATUS INDIARUM ORIENTALIUM EXSTANS, PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Priscam Goae civitatem nobilitat maximum templum cui est, Lusitana lingua, titulus « Bom Jesus », in medio eius loco exstructum, in occidentem versum. Praeclaro decenni opere factum, idest ab anno MDLXXXXIV ad a. MDCIV, hoc templum, cui ampla coniuncta est « Domus professa », itidem vulgo « Bom Jesus » nuncupata, a Societate Iesu condita, insequenti anno consecratum fuit a bonae memoriae Fr. Alexio de Menezes, Archiepiscopo Goano, Indiarum Praesule Principe. Omnes Ecclesiam invisentes in primo amplam mirantur eius frontem ex numidico lapide et quinque pulchris structurae generibus exstructam, mediaque in sublimi quadrangula parte ferentem Societatis Iesu insigne, angelorum formis circumdatum ornamentisque eminentibus, cui superposita est Pontificis Maximi tiara. Triplex porticus aditum patefacit ad templum, Crucis instar, una ex ala constans. Pedes quinquaginta sex longum usque ad Altare Maximum, viginti sex latum est, tectum camerā e ligno, viginti octo pedes altā. Tali intus templo, musivis laterculis strato, pictura et fabrica visendae

sunt elegantia Corinthiae structurae generis ac tessellati vermiculatique operis. In primo eius limine amplus conspicitur chorus magno cum musices instrumento. Sacrae domus a dextra suggestum exstat atque eminet, affabre exculptum, quod sirenum simulacra sustinent, novemque ectypae ornant imagines quas inter illae Boni Iesu et quattuor Evangelistarum. Hanc Ecclesiam larga collustrat lux per plures pervadens fenestras ex utroque latere ac triplice ordine patentes. Reipublicae Rectores eorumque familiae, proceres et illustres viri, diebus festis ac sollemnissimis, in amplis suggestis vulgo « tribune » vel « verande » consistunt. Decem altaria templum exornant duratei artificiosi operis, quorum sex aurata, reliqua ex marmore cararіensi exstructa. Altare Maximum Infanti Iesu dicatum est, cuius simulacrum modica amplitudine sub invocatione « Boni Iesu » subiectum est eximiae magnitudinis statuae S. Ignatii de Loyola, ornamentis sacerdotalibus induti, sublimis et elato capite oculisque ad caelum conversis, nec non dextera erecta, non secus quam, adhuc ipse in vivis, spiritu afflatus divino « Quam sordet mihi tellus, cum Coelum aspicio » pronuntiavit. Quae quidem statua, in medio Altari posita, Christifidelium oculos ad se convertit. In media perpulcri Altaris Maximi Simulacri area mirum est Societatis Iesu insigne, quod ab utroque latere duo sustinent Angeli; mira item superne eminens effigies Sanctissimae Trinitatis. Exstant in Cella Maxima, quae per quattuor amplas collustratur fenestras, ex quibus una praedita est suggesto pro Antistite vel alia Dignitate, archiepiscopalis sella duratea nigri coloris eboreque ornata, atque sedes altera, aurata, praeclaro damasceno opere in Summi rei publicae Moderatoris usum: nec non, pro Adsistentibus Antistiti, plura vetustaque scamna ac sedilia. Eleganti est ficta manu Aedicula Sacramenti Augusti, ubi permagnum pulcherrimumque splendet Sacrarium, magnificum ex ebeno opus. Maxima vero est admiratio Aediculae quae anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto ad argenteam arcam servandam incorrupti Corporis S. Francisci Xaverii, magni Apostoli et Patroni Missionum, aedificata fuit. Eius parietes pictis obducti sunt tabulis, quarum duae antiquiores sunt: una Imaginem exprimens S. Mariae Magdalenae, divino amore afflatae, hisce verbis eidem subscriptis: « Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo »; altera formam iuvenilem exhibens S. Francisci Xaverii, dignitate corporis praediti ac speciem habentis venustam, oculos ad caelum attollentis, dextera manu ad pectus apposita, dum sinistra, sublime elata, cor suum offert. Eadem sub tabula haec sunt legenda: « Dimidium cernis, quem magnus suspicit Orbis; Xavier est; totum nulla tabella capit ». In media aedicula eminet se-

pulcri monumentum, magnificentissimum donum Ferdinandi II, Etruriae Magni Ducis; opus politissima perfectum Florentina arte, tota in Asia quam maxime miranda, cuius figura est quadrata tribusque constat gradibus. Quinque pedes longum et sex altum, ex cararіensi marmore extructum, hoc cenotaphium variis excultum laminis discoloribus pariter marmoreis, musivo, iaspide, alabastrita auratoque aere est distinctum. Duodecim cherubim haud mediocris magnitudinis, et parvuli octo, ex alabastrita, affabre collocati, flores, arabici ornatus, gentilitatis insignia litteraeque ex aurato aere, quibus ab ima parte usque ad verticem circumdatum est, copiam huiusmodi mirificae rei augent. Quattuor amplae tabulae ex aurato aere, quae frontes convestiunt sepulcri, exprimunt atque ectypis imaginibus effingunt curriculum Sancti Xaverii vitae, apostolatus studio flagrantis, in Sacris missionibus Deique regno dilatando consumptae. Tertio monumenti gradui, qui tabula constat e iaspide subrubra maculisque sparsa candidulis, superposita est grandi pondere arca, ex facto argento, quae triginta duabus vestita est laminis, quibus sculptae sunt imagines ectypae multa tum viventis tum demortui Sancti Xaverii praeclara exprimentes facinora. Mille et quingentae pretiosissimae gemmae in ea sunt inclusae; angelorum florumque ex argento ornatus variaeque eisdem adnexae margaritae splendorem augent huiusmodi operis. In ea positum est corpus Sancti illius qui magnas Indorum terras pie religio eque expugnavit; atque Eius grandis gravisque ex argento statua exstat ante ipsam atque eminet. Est prope sceptrum ex auro smaragdis ornatum, Petri II, Lusitanorum Regis donum. Indiae Proreges atque Moderatores, magistratum, Sancti praesidio tecti, ineuntes, ex templo ad Regiam Aedem eundem scipionem ferre solent, qui, munere vacante, suo loco reponitur. Quoties Sancti Xaverii Corpus patefit — quod est minime saepe — non modo ex Archidioecesis finibus sed ex longinquioribus quoque diversisque locis complures Christifideles, Archiepiscopis, Episcopis vel Vicariis Generalibus praeeuntibus, nec non cuiuscumque religionis, ordinis generisque homines illuc confluunt Sancti Corporis Pedes deosculaturi, nec pauci sunt qui, mortifero morbo aegrotantes, sanationis implorant miracula. In illa opportunitate multa Missarum milia ad quattuor praesertim Sepulcri Altaria celebrantur. Cotidie quoque Sacra multa peraguntur. Potissimum die tertia mensis Decembris, in festo nempe Sancti Francisci Xaverii, et unoquoque e decem diebus superioribus, coram ingenti vi hominum — quinquaginta fere milia — Missae trecenties litantur. In memorato die sollemniter, primoribus in Ecclesia adstantibus, caerimoniae fiunt. Hoc Templum, nationis monumentum declaratum,

museo sacro instructum est magnis referto operibus ingentis pretii et potissima arte confectis, quae inter visendae sunt Imagines, ex argento gravi, Infantis Iesu et S. Francisci Xaverii, pergrandi pondere, nec non aureum diadema gemmis, rubris, viridibus niveisque lapillis ornatum. Sacrarium, peramplum, architectonices unum in India incomparabile opus, variis praeditum est pretiosis nitentibus tabulis. Omnium quae praesentibus in Litteris de maximo hoc Templo Nos explicavimus omniumque fere quae in eodem visuntur historia comprehenditur in libello a Venerabili Fratre Iosepho da Costa Nunes, Archiepiscopo Goano et Damanensi, Patriarcha Indiarum Orientalium, Nobis tradito. Ut libenter Ecclesiae vetustatem ac magnificentiam ex eo cognovimus, ita peramanter vota Amplissimi Praesulis ac preces totius Cleri populique eidem commissi excipienda censuimus, fore plane confisi ut, Ecclesiae splendorem augentes dignitate Basilicae Minoris, ex hac, tamquam e pharo, Omnipotentis Dei lux clarior erumpat ac longius se pandat, omnesque ad Catholicam religionem excitet fideliumque pietatem ferventiorem reddat magisque vividam in dies. Itaque, audito Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Episcopo Praenestino, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum tenore, perpetuumque in modum, Templum cui, Lusitano sermone, est titulus « Bom Jesus », in medio loco veteris Goae Civitatis exstructum, intra fines exstans Patriarchatus Indiarum Orientalium, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* decoramus, omnibus cum iuribus et privilegiis liturgicis quae Ecclesiis hoc titulo honestatis competunt. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus. Haec benigne largimur, decernentes praesentes Litteras, firmas, validas atque efficaces jugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectat, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam, secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XX mensis Martii anno MCMXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

IO. BAPT. MONTINI
Subst. Secr. St.

II

BASILICAE MINORIS HONORIBUS DECORATUR ECCLESIA CATHEDRALIS VIRODUNENSIS, IN GALLIA.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Mirabile itidemque haud commune privilegium vetustae Virodunensi Ecclesiae Cathedrali, in Gallia, clementissimus Deus largitus est, benigne disponens ut eam Pontifex ipse Romanus consecraret, idque coram illustri eius Magistro fieret, quorum uterque, non multos post annos, ad Beatorum Caelitum gaudia et honores provehendus foret. Enimvero, die XI mensis Novembris anno MCXLVII, Beatus Eugenius PP. III, nonnullis Cardinalibus et Episcopis adstantibus nec non celeberrimo piissimoque Abbate Bernardo Claravallensi, cui serius « Doctoris melliflui », ob eius dulcedinem in explanandis divinis Scripturis praesertim de Beatissima Virgine Maria, titulus tributus fuit, supra memoratam Ecclesiam sollemniter dedicavit, quae in Lotharingia omnium prima eidem Deiparae Virgini in Caelum Assumptae consecrata fuit. Exinde Templum hoc ipsi Reginae Angelorum choros supergressae, artis pulchritudine ac pietatis caritatisque Operibus, mirabilis veluti hymnus per saecula exstitit, haud aliter ac sanctus ipse Abbas Claravallensis Virginis Mariae summus vales fuit non minus quam doctor altissimus. Itaque a XII saeculo pietatis erga Mariam, sub nomine Dominae Nostrae « de Prodigiis » seu « de Viroduno » ex eodem Templo iubar aestusque diffusa sunt. Stylo « romanico » confectum et pluries, post bella praesertim, restitutum, mirificis antiquitate et arte operibus ditatum est, quorum praestantiora sunt: ciborium in ara maiore, similitudinem eius referens, quod exstat in Sacrosancta Basilica Vaticana; crypta eodem stylo venusta; sacrarium cum thesauro tum rerum pretiosarum tum sacrarum maxime Reliquiarum, Virodunensium potissimum Episcoporum; Musaeum Marianum in conclavi locatum perpulchro; claustrum denique pervetustum, sui generis unicum. Sedes episcopalis iam undecim, post Sanctinum, Sanctos Episcopos edidit; ad Cathedram autem Sancti Petri Iacobum illum, nempe Urbanum PP. IV Decessorem Nostrum, rec. mem., qui festum Corporis Christi instituit. Neque silentio praetereundum est peculiare privilegium quod, anno MCMVI, Decessor Noster, fel. rec., Pius PP. X Virodunensibus Episcopis benigne largitus est, cuius vi Antistites iidem sacro Pal-

lio, Archiepiscoporum proprio, legitime utuntur. Virodunensium insuper Christifidelium erga Beatissimae Virginis Mariae cultum promerita Patriarchalis agnovit, anno MCMXIII, Liberiana Basilica, eorumque Cathedralem sibi consociavit, ac proprias eidem amplissimas tribuit Indulgentias. Marianum praesertim Simulacrum, quod ibidem magna devotione colitur, per Venerabilem Fratrem Angelum Iosephum Roncalli, Mesembrianum titularem Archiepiscopum, Apostolicum in Gallia Nostrum Nuntium, postridie Kalendas Iunias superiore anno, corona auro gemmisque distincta redimitum fuit. Nec desunt in eadem episcopali Ecclesia pia Sodalitia, quae tum Canonicorum Collegii, tum Parochi eiusque Cooperatorum cura maxime florent: de Sanctissimo videlicet Sacramento, de Sacratissimo Corde Iesu, de Mariali Rosario, nec non « Opus Dominae Nostrae de Viroduno » cum adnexa « Unione Precum ». Pecuniae autem vis quae ex iisdem colligitur Operibus, in exteriorem cultus magnificentiam interioremque ubertatem, omnis erogatur. Quae cum ita sint, cumque ceteroquin in universae Virodunensis dioeceseos finibus nulla alia exstet Basilica, Venerabilis Frater Georgius Petit, eiusdem dioecesis Episcopalibus Infulis ornatus, felicissimam ab ipsius liturgica consecratione octingentesimae anniversariae diei occasionem nactus, suum desiderium et utriusque Cleri et Procerum et populi Nobis significavit votaque enixe deprompsit, ut Ecclesiam Cathedralem Virodunensem ad honorem dignitatemque Basilicae Minoris evehere dignaremur. Nos autem, vetustae et gloriosae illius Ecclesiae historiam nec non pietatis caritatisque Opera, in ipsa condita et ab ipsa quoque dimanantia in gloriam Dei et in honorem Deiparae Virginis Mariae, prae oculis habentes, huiusmodi precibus annuendum libenti animo censuimus. Ideoque, consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, initis, omnibus rite perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam Cathedralem Virodunensem in Gallia ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus cum omnibus privilegiis, quae eidem titulo rite conveniunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane

fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Septembris, in festo Nativitatis Beatissimae semper Virginis Genitricis Dei Mariae, anno MCMXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA
a Brevibus Apostolicis.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

INSTRUCTIO

AD LOCORUM ORDINARIOS PRO POSTULANDIS APOSTOLICIS INDULTIS: I) ORATORII DOMESTICI CUM SUIS EXTENSIONIBUS; II) ALTARIS PORTATILIS; III) LITANDI MISSAM SINE MINISTRO ET IV) ASSERVANDAE SSMAE EUCHARISTIAE IN PRIVATIS SACELLIS.

1. Quam plurimum convenire sanctitati incruenti novae Legis Sacrificii honestatem ac decorem loci in quo litatur, impensa testatur cura in eodem deligendo indesinenter adhibita a catholica Ecclesia. Equidem constat tribus prioribus nostri aevi saeculis, saevientibus persecutionibus, sacra Mysteria etiam in privatis aedibus celebrari : et quamvis etiam post adeptam libertatem et christianas basilicas primitus aedificatas non infrequenter, suadente necessitate, Missa litari pergeretur extra ecclesias, temporum decursu tamen eius celebrationi adsignata fuerunt, tamquam nativus locus, ecclesiae aut publica oratoria per consecrationem aut benedictionem a profano usu subducta et uni divino cultui reservata.

Quae vero altera disciplina in Codicis I. C. canonibus 820-823; 1188-1196 recepta est.

2. Ea igitur constabilita, indulta ab Apostolica Sede temporum tractu concessa Missam celebrandi *in privatis sacellis,* aut *super altare portatile* cum facultate satisfaciendi praecepto de audiendo Sacro, habenda sunt quasi exceptiones praefatae legis, iustis quidem de causis invectae, artaeque subsunt interpretationi.

3. Pari disciplina Ecclesia et *asservationem Ssmae Eucharistiae* tutata est. Licet enim primis eius temporibus et etiam deinceps, pace instaurata, Eadem in privatis domibus detineretur inque itineribus gestaretur pro fidelium commoditate, saeculorum processu et Ipsam in ecclesiis aut in publicis oratoriis asservari exclusive statutum est. De speciali privi-

legio tantum, in favorem quorumdam spectatorum fidelium ob specialissima comparata merita erga Ecclesiam, Apostolica Sedes coepit tractu temporis indulgere ut Ss. Species etiam in privatis eorum sacellis asservarentur, opportunis praestitutis conditionibus ac normis Earum sanctitati accommodatis: quod pariter in Codice I. C. cautum est (cann. 1265-1275).

4. Ex antiquo more plurium saeculorum progressu invecto receptum est ut Missae, etiam privatim celebrandae, *adsistat minister aliquis,* qui sacerdoti litaturo ad altare deserviat atque respondeat (cfr. can. 813 C. I. C.).

Extraordinariis dumtaxat quibusdam casibus exceptis (uti infra videbitur III n. 2), ut sacerdos absque ministro inserviente Missam litare valeat, facultate apostolica indiget. Porro unicus iudex de idoneitate causae, quae allegatur ad illam impetrandam, est Apostolica Sedes, quaeque proinde est adeunda expositis adiunctis uniuscuiusque casus propriis.

5. Porro in exposcendis praefatis omnibus facultatibus iisdemque exercendis excessus atque abusus non leves aliquando irrepsisse conspectum est. Huic igitur S. Congregationi, cui universa disciplina in iisdem indultis moderandis est concredita (can. 249), visum est ad difficultates et incommoda removenda, et in posterum praecavenda (de quibus infra I n. 4), praefatorum indultorum integram disciplinam ad trutinam expresse revocare remediaque suppeditare idonea quae infra singillatim recensentur, ut omnia recto ordine componantur.

Ad hoc sane opus explendum efficienter etiam impulerunt Litterae Encyclicae *Mediator Dei,* Pii Pp. XII, fel. regn., diei XX m. novembris MCMXXXXVII, de sacra Liturgia,[1] quae « *christianae religionis caput ac veluti centrum Sanctissimae Eucharistiae Mysterium* »[2] cultu debito congruaque religione esse colendum edocent, naviter ad observantiam revocatis liturgicis canonicisque praescriptionibus.

I – De implorando indulto privati oratorii eiusque extensionum

1. Iure Codicis I. C., uti diximus, locus proprius celebrationis Missae est ecclesia vel oratorium publicum aut semi-publicum. Demptis vero privatis coemeteriorum aediculis, de quibus in can. 1190, ut in domesticis oratoriis divinum Sacrificium litari atque ab adstantibus praeceptum de audiendo Sacro adimpleri queat, privilegio aut indulto opus est, quod

[1] *A. A. S.*, a. XXXIX, p. 521 seq.
[2] Ibid., II, p. 547.

de Apostolicae Sedis gratia dumtaxat tribuitur. Casus tantum aliquis extraordinarius excipitur, quo *per modum actus,* iusta tamen ac rationabili de causa, loci Ordinarius aut, si agatur de domo religionis exemptae, Superior maior, licentiam dare potest celebrandi extra ecclesiam et oratorium super petram sacram et decenti loco, numquam autem in cubiculo (cfr. cann. 822, 1249).[3]

2. Ante Concilium Tridentinum Episcopi indulgebant Missae celebrationem in privatis oratoriis in commodum tum clericorum tum laicorum : eademque facultate pollebant pro suis subditis nonnulli ordines regulares. Ast, quum huius iuris exercitium nimiam indultorum frequentiam induxisset gravibusque idcirco abusibus scateret, eadem sacrosancta Synodus (sess. XXII, *de observandis et evitandis in celebratione Missae*) Episcopis et regularibus ordinibus hanc facultatem ademit, paucis admodum exceptis casibus, illamque uni Romano Pontifici reservavit.

Sed nec propterea penitus praepeditum fuit ne reviviscerent abolita incommoda, quae praesertim ex immodica istius privilegii in laicorum bonum indulgentia oriri consueverant,[4] si Benedictus XIV, qui a Secretis fuerat Sacrae Congr. Concilii, quae tunc hanc disciplinam moderabatur, scribere non dubitaverit : « *dici vix potest quantum curae ac diligentiae adhibitum sit pro recto eiusdem* (*iuris*) *moderamine* ».[5]

3. Hinc plurimae prodiere huius indulti *formulae* cum temporum adiunctis congruentes, quibus aptius consuleretur debito divinorum Mysteriorum decori; *cautiones* praeceptae sunt, tum quae ad *loci* erigendo sacello destinati *decentiam honestatemque* attinerent, tum quae ad *causas constabiliendas* unde Romanus Pontifex ad indulgendum moveretur, tum ad *tempus* definiendum ad quod indultum foret valiturum; tum *ad ceteras conditiones,* quibus congruenter privati sacelli disciplina contineretur; cavendo praecipue ne ex nimia indulgentia huius indulti ob sacerdotum inopiam detrimentum pateretur publicum fidelium spirituale bonum quod ad satisfactionem praecepti de audiendo Sacro pertinet.

4. Temporibus etiam nostris incommoda non pauca nec levia passim irrepserunt in nonnullas nationes ex nimis adaucto privatorum sacel-

[3] Haec tamen Ordinarii facultas restrictive est interpretanda, uti reposuit Pont. Commissio Codicis die 16 oct. 1919 (*A. A. S.*, a. XI, p. 478 ad 12).

[4] Cfr. Benedictus XIV, ep. encycl. *Magno cum*, 2 iun. 1751 (*Cod. Iur. Can. Fontes*, vol. II, p. 318 seq.).

[5] Ibid., § 12.

lorum numero et ex neglegentia conditionum indultis apostolicis adiectarum, quae latam stravere viam et aliis intolerabilibus abusibus.

Abusus huiusmodi, *ad privata laicorum oratoria quod attinet,* procedere solent:

a) *ex ingenti eorumdem numero,* qui alicubi, ob aemulationem quam inter fideles indulti concessio excitat, ad ulteriora progredi et ultra modum dilabi minitatur;

b) *ex nimia facilitate* tale indultum assequendi nostris diebus ob multiplicatas enixas preces fidelium a locorum Ordinariis passim incunctanter susceptas et commendatas;

c) *ex sacerdotum carentia* pro Missa litanda in ecclesiis publicisque oratoriis diebus dominicis et festis de praecepto cum spirituali fidelium detrimento, si sacerdotes distrahantur ad Missam celebrandam in privatis oratoriis;

d) *ex loco privato sacello adsignato* haud semel a canonicis et liturgicis legibus discrepante, aptis supellectilibus ac debito nitore honestateque destituto dum haud semel cetera privatae domus cubicula luxu ac magnificentia enitent;

e) *ex abnormi numero* divinorum officiorum et sacrarum functionum, quae ibi peragi praesumuntur, adeo ut quasi evanescat discrimen inter ecclesias publicave oratoria et domestica sacella;

f) *ex nimio ambitu istorum indultorum,* quae saepe saepius complectuntur, praeter indultariorum personas, eorum natos, consanguineos et affines absque limite, famulos, commensales et hospites, aliquando vero omnes adstantes, cum extensione ad omnes anni dies, nullo excepto, et ad alias quoque facultates;

g) *ex diuturnitate eiusdem indulti,* quod plerumque imploratur pro tota indultarii eiusque filiorum vita, unde quandoque accidit ut privilegium transeat ad personas, quae illo minus dignae aut prorsus indignae reperiantur.

5. Ad ista igitur incommoda compescenda, et ad praecavendum ne in posterum subolescant, Sacrae huic Congregationi infra recensitas *normas* adamussim servandas locorum Ordinariis impertiri placuit, quae tum *postulationes* indulti oratorii domestici, tum ipsius indulti *congruum exercitium moderentur, praesertim quod ad fideles laicos attinet.*

6. Locorum Episcopi in mentem fidelium exposcentium indultum privati sacelli revocent publicam ecclesiam naturalem seu certum esse locum divinorum officiorum, ad quam idcirco necesse est conveniat catho-

lica plebs ad cultum publicum socialem Deo impendendum praecipue adstando Missae celebrationi.

Peculiaria tamen occurrere possunt adiuncta, congruentibus suffulta causis (cfr. infra n. 8), in quibus prudenter coniici potest valde expedire ut fideles nonnulli, *qui ceterum morum probitate apertaque religionis professione excellent*, in suum spirituale solatium indulto privati sacelli decorentur, licet hi ab audiendo Sacro diebus dominicis festisque de praecepto sint legitime dispensati: v. g. ob infirmitatem aut distantiam ab ecclesia. Tunc iidem Ordinarii non vetantur, *audito, quatenus opportunum censuerint, parocho loci*, istorum preces suscipere commendatasque ad Apostolicam mittere Sedem.

Commendatio personaliter fieri debet ab Episcopo aut, sede vacante, a Praelato eius successore in munere.

Sedulo quidem curandum est ut fideles, qui auctoritate, opibus reique publicae muneribus ceteros praestant, si domestico sacello distingui mereantur, sollemnioribus saltem festis diebus de praecepto, in bonum plebis exemplum, ecclesias obeant.

Maiori indulgentia uti licebit *cum sacerdotibus adversa vel non satis firma valetudine ob morbum vel senium laborantibus*, indultum postulaturis Missam litandi domi.

7. Antequam tamen Episcopus preces suscipiat, *in primis* inspicere debet utrum *presbyter* praesto sit, qui Missam in privato oratorio litet diebus dominicis et festis de praecepto absque detrimento publici fidelium boni.

Ad rem scite animadvertant vetitum esse sacerdoti in praefato oratorio Sacrum celebrare *si alterum alibi vel iam litaverit vel litaturus sit;* et si in loco (pago vel urbe), ubi erectum sit privatum sacellum, parochus, et si plures parochi sint, eorum saltem unus, aliusve sacerdos eodem loco commorans memoratis diebus Missam iterare debeat in publicum fidelium bonum, presbyter in domestico sacello litaturus aliunde acciri debet.

Pariter oratoria domestica iam canonice erecta facultate Missam iterandi praedita ob indultum ad tempus impetratum, hoc exspirato, difficiliorem invenient hanc S. Congregationem in eius renovatione.

8. Dein Episcopus attente perpendere debet *causas*, quae ad indultum postulandum afferuntur.

a) Earum *princeps* habenda est *vere singularis benemerentia oratoris erga Ecclesiam vel religionem*, eaque rite describatur in precibus.

Puta, si praedii aut aedium conspicuam fecerit donationem; si ecclesiam, seminarium, catholicam scholam aut aliquod pium opus pro infirmis, senibus, pueris etc. suis sumptibus aedificaverit; si ecclesiasticum beneficium aut fundaverit aut dotaverit et similia; si specialissima et insignia servitia in bonum Ecclesiae aut Apostolicae Sedis impenderit, uti, si quis publicus magistratus legibus condendis in religionis profectum praecipuus auctor exstiterit.

b) Aliae causae, quae passim adduci solent, v. g. *corporalis infirmitas, distantia ab ecclesia ideoque grave incommodum ipsam pedibus adeundi,* praesertim *ruri,* et similia, ut habiles censeantur huic indulto impetrando, plerumque perficiendae erunt aliquo praecellenti beneficio aut liberalitate in quoddam pium opus ab Ordinario designandum iuxta oratorum vires.

c) Tamquam inepta ad impetrandum reiicienda est *unica causa,* iuxta quam oratorum maiores eodem indulto fruebantur, aut quia oratores domum aut villam emerunt oratorio, quandoque etiam affabre confecto, cum praescriptis supellectilibus, praeditam; aut quia decora christianae vitae ratione commendantur.

9. Mitius agere poterunt Episcopi si privatum oratorium postuletur *ruri* erigendum, locis ab ecclesiis longe prorsus dissitis, praesertim si illud cedere conspiciatur praeter quam in oratorum etiam in bonum spirituale colonorum fundis addictorum atque fidelium vicinias incolentium, qui secus ob difficultatem adeundi ecclesiam pro adimplendo praecepto, Missae et catecheticae praedicationi quominus intersint morali impossibilitate prohiberentur.

At priusquam oratorum preces suscipiant pro privato sacello ruri constituendo, instent Episcopi ut oratores, non privatum, bene quidem *publicum* ad normam iuris erigant *oratorium* in suis praediis vel possessionibus, adeo ut illud ingrediendi divinisque officiis ibi assistendi omnibus fiat facultas (can. 1191).

10. Sese abstineant Episcopi *a nimiis extensionibus postulandis;* satius esto ut indultarii renuntientur dumtaxat pater et materfamilias, minime vero istorum filii, pro quibus sufficiat facultas satisfaciendi praecepto festivo in eodem oratorio.

Facultas ista coërceatur ad *consanguineos et affines* intra lineam et gradum quibus consanguinitas et affinitas constituunt impedimentum matrimonium dirimens (cann. 1076 §§ 1-2; 1077 § 1), *cohabitantes,* nec sine rationabili validaque causa rogetur ut protendatur etiam ad non cohabi-

tantes. Quoad vero *familiares* (famulos), peti potest, sive oratorium sit ruri situm sive non, extensio ad omnes domui addictos. Praesertim se abstineant a petenda extensione *ad omnes adstantes;* quae quidem debet esse omnino extraordinaria et gravissima de causa concedenda. Cavendum quidem erit ne oratorium privatum speciem prae se ferat ecclesiae.

11. *Ceteris exclusis divinis officiis sacrisque functionibus,* in privato sacello ad normam can. 1195 § 1, *unica Missa eaque lecta* celebrari potest, in qua S. Communio administrari licet, nisi aliud in indulto expresse caveatur. Tolerabilius erit ut aliqua alia functio singulis vicibus et per modum actus iusta de causa tribuenda (nec statutis diebus recurrentibus renovanda), parce et prudenter concedatur ab Ordinariis (cann. 776 § 1 n. 2; 908-910; 1109 § 2), quam ut impertiatur ex indulto Apostolicae Sedis.

12. Caute pariter procedant oportet Ordinarii *in postulandis extensionibus ad sollemniores dies, cautissime ad sollemnissimos, Paschate semper excepto.*[6]

13. Si prudenti Episcopi iudicio sacerdos saecularis vel religiosus celebrans in privato oratorio, diebus dominicis et festis de praecepto *necessarius* sit ad litandum in ecclesia aut publico vel semi-publico oratorio, ne notabilis fidelium pars Missa privetur, Episcopus illi *interdicere debet Missam* in privato sacello, quin quisquis contra huiusmodi vetitum aliquid excipere queat (cfr. n. 7). Expedit ut Ordinarius hunc necessitudinis casum indultario significet dum indultum exsequitur ad quaslibet querelas dein praecavendas ex propterea denegata Missa in eius oratorio.

14. Unius Episcopi est designare Missae in domestico oratorio celebrandae sacerdotem sive saecularem, licet alienae dioecesis sit a proprio tamen Ordinario adprobatus, sive religiosum cum regulari licentia sui superioris; sacerdotem vero alterutrius cleri, ut supra adprobatum, ab indultario praesentatum ne reiiciat, nisi forte non idoneum pro sua pru-

[6] Iure, quo nunc regimur, *sollemniores* habendi sunt:

Dies Nativitatis D. N. I. C.; Epiphaniae; Paschatis Resurrectionis; Ascensionis; Pentecostes; S. Ioseph (19 m. martii); Assumptionis B. M. V. in caelum; Immaculatae Conceptionis B. M. V.; Ss. Apostolorum Petri et Pauli; Omnium Sanctorum.

Pro Gallia quatuor sollemniores recensentur:

Dies Nativitatis D. N. I. C.; Paschatis Resurrectionis; Pentecostes; Assumptionis B. M. V. in caelum.

Sollemnissimi habendi sunt:

Dies Nativitatis D.N.I.C.; Paschatis Resurrectionis; Assumptionis B.M.V. in caelum.

dentia aestimaverit: Episcopi autem iudicio indultarius, qualibet dempta recursus facultate, acquiescere debet.

15. Quoad *locum* in quo erigi debet oratorium, Ordinarius clausulas apostolico indulto adiectas adamussim exsecutioni demandet: quolibet autem casu, per se vel per aliam ecclesiasticam personam locum invisere debet, antequam licentiam impertiat ibi celebrandi Sacrum, *si decens atque honestus* comperiatur, prout tantum Mysterium decet, idoneisque supellectilibus instructus sit iuxta liturgicas praescriptiones.

Probe sciant oportet Ordinarii vetitum esse usum *armarii* clausum continentis altare, quod pro Missae celebratione collocatur in quodam conclavi, tablino aut bibliotheca etc., in locis nempe, quae inserviunt promiscue usibus domesticis et profanis. Talis vero usus non est e contra improbandus, ceteris concurrentibus quod attinet ad decentiam et honestatem loci, in quo dictum armarium collocatur, si agitur *de Missa domi litanda* pro sacerdotibus senio confectis aut morbo laborantibus et *de indulto altaris portatilis*, de quo infra (II n. 9).

16. Quod ad *tempus attinet*, ad quod valere debet indultum oratorii, pro natura causae quae allegatur, huius S. Congregationis erit illud praestituere.

17. Locorum Ordinarii adhortari ne omittant privati sacelli indultarios ut in oratorium singulis diebus convocare satagant integram familiam, cum famulis forte eidem addictis, saltem horis vespertinis tertiam Ss. Rosarii partem in honorem B. M. V. recitaturam aliasque pias preces serotinas ad Deum fusuram: id enim excellenti exemplo foret omnibus familiae membris plurimumque conferet ad genuinam erga Deum pietatem christianaeque vitae institutionem fovendam ita ut parentum genuina fides spectatique mores in filios ac nepotes integre propagentur indesinenterque perseverent.

18. Iidem Ordinarii completum *elenchum* scripto conficiant, asservatumque sedulo teneant in Curiae archivo cum necessariis additamentis ac deductionibus, privatorum oratoriorum, quae in dioecesi erecta sint, sibi apprime comparatis exemplaribus eorumdem erectionis titulorum. Si qua autem reperiant oratoria, quibus non suffragetur canonicus titulus, tamquam contra ius invecta supprimant necesse est, revocentque licentiam ibi celebrandi Sacrum: re interea ad hanc S. Congregationem delata.

Quae vero fuerint legitime erecta, occasione visitationis dioecesis, rite

perlustrent invisuri num omnia supellectilia liturgicis legibus respondeant et, si quid inhonesti atque indecori deprehendant quod sanctitati ac reverentiae divinorum Mysteriorum officiat, illico amovere studeant. Eo magis vero est inquirendum si incommoda atque abusus irrepserint eaque prorsus eradicanda curent, suspensa interea in utroque casu facultate inibi litandi, non amplius concedenda nisi postquam eadem fuerint amota, cauto dein ne ipsa in posterum reviviscant: re interea ad hanc S. Congregationem denuntiata. Recursus forte interpositus adversus hoc Ordinarii statutum ad Apostolicam Sedem est tantum in devolutivo. Ius vero sibi competens invisendi haec oratoria, quoties necessarium pro sua prudentia duxerit, Ordinarius alte penes indultarios vindicet.

19. Sub fine anni 1950 Ordinarii mittant ad hanc S. Congregationem integrum *elenchum* privatorum oratoriorum in dioecesi exsistentium, recolitis eorundem canonicis erectionis titulis.

II – De postulando privilegio altaris portatilis

1. Privati sacelli indulto affine est *altaris portatilis*, seu *arae viaticae*, vel *gestatoriae* aut *itinerariae* privilegium, eoque latius patet, quippe quod « *facultatem secumferat ubique celebrandi, honesto tamen ac decenti loco et super petram sacram, non autem in mari* » (can. 822 § 3): proinde Missae celebratio nullo circumscribitur loco exclusive divino cultui destinato, qui nec Ordinarii indiget visitatione et approbatione.

Attenta igitur huius favoris maiori amplitudine, eo potiora pertimescenda sunt pericula abusuum iacturaeque decoris augustissimo Missae sacrificio debiti, quod duplici ex capite accidere potest: *ex parte loci*, si incongruens tanto Mysterio deligatur (v. g. cubiculum); *ex parte privilegiati*, si tali indulto abutetur, immodice ipsius exercitio fruendo.

Profecto omni ope est adnitendum ut praefata arceantur pericula, et privilegium parce prudenterque concedatur, spectatis historicis vicissitudinibus privilegii ipsiusmet et praesertim rigore a Conc. Tridentino instaurato, quod et huius indulgendi facultate exspoliavit Episcopos et quosdam regulares ordines qui ea fruebantur. Deinceps a primaeva severitate recedens, Apostolica Sedes privilegium dumtaxat tribuit, pro ipsorum decore ac necessitate, quibusdam Praesulibus, necnon locis missionum. [7]

2. Arae viaticae privilegii duplex recolitur fons a memorato canone 822 § 2 descriptus, scilicet *ius* et *indultum* Apostolicae Sedis.

[7] Cfr. S. C. de Prop. Fide, 13 aug. 1669, *Collect.*, I, p. 60, n. 184; S. R. C., *Congr. Missionum Provinciae Lituaniae*, 11 iul. 1699 (*Coll. auth. decr.*, decr. 2032).

Porro *iure* Codicis I. C. hoc privilegio potiuntur tantum S. R. E. Cardinales (can. 239 § 1 n. 7); Excmi Episcopi tum residentiales tum titulares (can. 349 § 1 n. 1); Vicarii ac Praefecti Apostolici (can. 294 § 1; 308); Abbates et Praelati *nullius* (can. 323 § 1) atque Administratores Apostolici (can. 315).

Vi autem Const. *Ad incrementum,* Pii Pp. XI, f. r., diei 15 aug. 1934,[*] eodem privilegio fruuntur aliae valde numero circumscriptae personae ecclesiastica dignitate fulgentes, quae conspicua obeunt munera in Romana Curia, id est: Excmi Praelati qui in SS. RR. Congregationibus Assessoris vel Secretarii munere funguntur; Magister seu Praefectus Cubiculi Secreti Summi Pontificis; Secretarius Tribunalis Signaturae Apostolicae; Decanus S. R. Rotae; Substitutus Secretariae Status; Revmi Protonotarii Apostolici de numero Participantium; Praelati Auditores S. R. Rotae; Clerici Reverendae Camerae Apostolicae; Praelati Votantes et Referendarii Signaturae Apostolicae.

Hi omnes gaudent praeterea privilegio oratorii domestici ipsisque Sacrum quotidie ibi litare ius est, diebus tantum exceptis qui proprio sacerdotis ritu excluduntur (can. 820). Fideles autem omnes qui ipsorum Missae assistunt, praecepto de Sacro audiendo rite planeque semper satisfaciunt.

Utroque casu, attentis personarum praestantia isto privilegio iure pollentium earumque numero sat exiguo, incommoda non praevidentur oritura ab istius temperato exercitio, quod ipsa earundem dignitas satis tutari videtur.

3. Longe uberior privilegii fons evadere potest *indultum* Apostolicae Sedis, nisi concessio congruis contineatur limitibus cautaque circumspectione valletur: peculiari proinde cura et ponderatione sese gerere debent Episcopi in postulando tanti ponderis indulto.

4. Porro haec S. Congregatio privilegium istud concedere solet, ob causam *verae necessitatis evidentisve utilitatis* atque in finem exclusivum aut potiorem religiosi cultus, *solis sacerdotibus,* quippe qui maiora perhibeant recti exercitii argumenta.

Praecipui casus, qui frequentius recurrunt, sacerdotes respiciunt animarum curam gerentes inter fideles dissitis locis commorantes, ubi ecclesiae vel desunt omnino vel longe distant, aut in regionibus haereticorum aut schismaticorum (diaspora). Primum accidere solet plerumque in amplissimis regionibus praesertim Asiae et Americae, quas fideles

[*] *A. A. S.*, a. XXVI, pp. 497-521.

rari et passim diffusi incolunt, qui Sacro assistere nequeunt nisi litetur extra loca sacra et etiam sub dio : v. g. tempore messium.

Quandoque indulti necessitas postulatur ab aliqua sollemnitate religiosa aut etiam civili magno celebranda populi concursu, quem ecclesiae capere non valent.

Nec refugit Apostolica Sedes ab altari portatili indulgendo quando agitur de adulescentibus masculini sexus actionis catholicae, de alumnis ephebeorum, qui sub ductu et assistentia suorum cappellanorum itinera per campos aut montes, locis sacris carentes, arripiunt huc illuc discurrentes animi relaxandi causa : quod quidem plurimum confert ad eucharisticam pietatem in ipsis dudum servandam et provehendam.

Interdum id indulgetur quoque in eucharisticis conventibus, ut opportunitas perhibeatur sacerdotibus eosdem participantibus, ob ipsorum ingentem numerum, Missam litandi si ecclesiae ad rem sufficere nequeant.

5. In bonum *personale* solius sacerdotis privilegium istud confertur tantummodo *ratione infirmitatis,* si infirmitas talis sit ut necessario indultum huiusmodi postulare videatur. Quo casu peculiaribus cautelis illud subiicit Sacra haec Congregatio ne ansam abusibus vanaeque ostentationi privilegium praebeat, quae non ultima causa exstitit suppressionis tridentinae : haud exclusa revocatione privilegii, si quid minus recte factum compererit eadem S. Congregatio quoad eius exercitium; ad rem imposito onere Ordinariis vigilandi atque referendi de ipsius immodico usu.

6. Aegro quidem animadvertitur animo nostris temporibus, praesertim post ultimum confectum bellum, quodammodo serpere inter fideles valde periculosa ac detestabilis consuetudo celebrandi citra necessitatem divini cultus caeremonias ipsaque sacrosancta religionis Mysteria extra nativam sedem, quae est ecclesia aut locus eiusmodi fini consecratione aut benedictione destinatus. Eadem oppugnetur oportet totis viribus tamquam corruptela iuris, verumque conamen contra canonicas praescriptiones ad profanum usum convertendi augustissima Ecclesiae sacramenta venerandaque functiones et ritus.

Id pressius loci Ordinario recogitandum est cum ab ipso expostulant sacerdotes indultum altaris portatilis.

7. Locus in quo collocari debet altare portatile *congruus* et *decens* seu *opportunus* et *honestus* sit oportet, ne propter foeditatem et indecentiam gravis iniuria et irreverentia rependantur in divina Mysteria.

Locus congruus postulat securitatem et amplitudinem, ita ut tute et

commode et sine ullo periculo profanationis aut effusionis Ss. Specierum e calice Missa offerri possit; *locus decens* respicit qualitatem loci, scilicet requirit ut Missa non celebretur in cubiculis in quibus aliquis dormire solet, neve alio loco tanti Sacrificii dignitati incongruenti.

Ad decentiam pertinet etiam locus immediatus nempe mensa super quam collocatur ara viatica: ne videlicet immunda sit neve profanis destinata usibus. Haec vero mensa talis debet esse longitudinis et latitudinis quae tuto valeat lapidem regere, missale sustinere et rectam decentemque celebrationem permittere.

8. Incommodorum non spernendus fomes procedit ex falsa huius indulti notione. Animadvertatur enim privilegium istud, quod ad celebrationem Missae attinet, stricte *personale* esse suffragarique dumtaxat personae privilegiati, nisi aliud ex tenore indulti expresse constet. Sacerdos igitur eodem gaudens, ipse solus valet super altare Missam offerre nec fas est alteri presbytero ibidem litare, nisi id aperte in indulto caveatur.

Ad alios praecavendos abusus Apostolica Sedes solet quasdam indulto adiicere clausulas et declarare utrum privilegii concessio valeat etiam pro satisfactione praecepti ex parte fidelium Missae adstantium. At, si id expresse non caveatur in indulto, prae oculis habenda sunt quae Gattico docet (*De usu alt. port. opusculum,* cap. XV, n. 14): « quantum porro attinet ad alios (praeter indultarium aut indultarios) adstantes (Sacro, quod in altari portatili litatur) manifesto constat, *eos nullatenus ecclesiastico praecepto auditionis Missae satisfacere, nisi expresse ad illos privilegii communicatio extendatur* ».

Si tamen vi istius indulti Missa *sub dio* celebretur, ex statuto can. 1249, quilibet fidelis eidem assistens, legi de audiendo Sacro satisfacit.

9. Hisce praemissis, in postulando huiusmodi privilegio, quae infra recensentur animadversiones prae oculis habeant necesse est locorum Episcopi:

a) Quoties privilegium istud postuletur a sacerdotibus *infirmitatis causa,* imprimis perpendat Episcopus utrum propositae necessitati consuli possit *per indultum Missam litandi domi,* seu *loco honesto atque decenti,* semper tamen excluso cubiculo, in quo quis dormire solet, ac proinde in aliquo conclavi ordinarie pro usibus profanis adhibito, quod tamen in sua supellectili nihil praeseferat indecori aut inhonesti sanctitati Eucharistici Sacrificii repugnantis. Isto casu non improbatur usus *armarii* de quo sub I n. 15.

Tunc Episcopus abstineat ab implorando arae portatilis indulto, sed *facultatem,* prout supra, postulare poterit *litandi Missam domi loco honesto et decenti.*

Quod si necessitas celebrandi comperiatur pro pluribus locis extra propriam oratoris dioecesim, quae loca, puta, ipse petere cogatur, *ratione recuperandae valetudinis,* fas est facultatis istius extensionem ad plures dioeceses invocare.

b) Quolibet autem casu, sive sacerdos facultate polleat ex indulto Missam litandi domi loco honesto atque decenti, sive ex privilegio altaris portatilis, id semper erit apprime cavendum *ne ipse Missam celebret in cubiculo;* si Sacrum igitur celebrare valeat, illud peragat in aliqua alia honesta mansione domus decenter ornata.

c) Caute procedatur in suscipiendis precibus ad hoc proprie nuncupatum sane conspicuum privilegium *altaris portatilis* implorandum. Istud dumtaxat publico fidelium bono inservire debet: quare sedulo ipse Episcopus pro sua pastorali sollicitudine investiget num legitima in singulis casibus causa succurrat *verae necessitatis* aut *evidentis utilitatis,* prout sub n. 4 declaratum est.

Nec minori cautela agere debet quoties gratia haec petatur in bonum privatum presbyterorum ob allatam *infirmitatis* rationem: severe tunc inquirat de exsistentia istius causae, deque eius gravitate atque natura, quae scilicet ea esse debet, ut necessario postulet concessionem huius indulti. Nec facile in ista investigatione peragenda acquiescat oratorum affirmationibus, sed etiam per peritum medicum, ex officio quatenus opus sit deputandum, rei veritatem exploret.

Praeterea antequam preces suscipiat, certo sibi constare debet sacerdotes hoc privilegium imploraturos, sive in suum privatum ratione infirmitatis commodum sive in publicum fidelium bonum, temperate riteque privilegio tam singulari esse usuros et quodlibet incommodum ac irreverentiam erga divina Mysteria esse amoturos.

Haec adiuncta omnino accurate sunt describenda in precibus ad hanc S. Congregationem mittendis, cui ceterum ex Audientia Ssmi reservatum semper manet iudicium de causarum idoneitate ad indulgendum.

Commendatio precum fieri debet personaliter ab ipso Episcopo aut Praelato eius successore in munere.

d) S. Congregatio indulto arae portatilis alterutram clausulam adiicere solet: « *de consensu Ordinariorum* » aut « *praemonito loci Ordinario* » prout indultarius, qui varias peragrat dioeceses, facile aut difficulter Ordinarium loci potest adire pro sui privilegii legitimo exercitio.

Utraque clausula proinde onus vigilandi Ordinariis committit ad

praecavendos abusus in privilegii usu. Si quod vero comperiant ab indultario admissum reverentiae divinis Mysteriis debitae repugnans, illico privilegii exercitium revocandi sciant se esse facultate praeditos, qualibet personarum acceptione posthabita. Si autem abusus huiusmodi extra dioecesim indultarii colligatur, huius loci Ordinarius interdicere debet privilegii exercitium in sua dioecesi et interea obligatione tenetur Ordinarium illius proprium de re edocendi, qui privilegii usum suspendet ac S. Congregationem adibit petens quid faciendum supersit in casu. Quilibet recursus indultarii habeatur tantum in devolutivo.

e) Si vero contingat ut post indulti exspirationem illud denuo prorogari oporteat, iisdem occurrentibus pristinae concessionis causis aut alia gravi exstante causa, Episcopi referre tenentur quanam ratione indultarius praehabito privilegio fruitus sit.

f) Demum curandum est ut debito cum honore et reverentia teneatur altare viaticum, quoniam id postulat petrae consecratio. Hinc diligenter in itineribus est transferendum cauteque custodiendum : atque in munda capsula collocari expedit, ita ut ab omnibus profanationum periculis immune sit. Nihil porro dicendum est de necessitate aliarum rerum, quae iuxta sacros ritus in omni Sacrificii oblatione sunt necessariae, vestes videlicet, vasaque sacra, tres mappulae mundae et alia omnia a quibus per concessionem usus arae viaticae nemo dispensatur. [9]

III – De postulanda facultate celebrandi Missam sine ministro

1. « ... *Ob huius tam augusti Mysterii dignitatem, volumus atque urgemus — quod ceteroquin semper praecepit Mater Ecclesia — ut nullus sacerdos ad altare accedat, nisi adsit minister, qui ei inserviat eique respondeat, ad normam canonis* DCCCXIII ». [10] Re enim vera canone 813 C. I. C. prohibetur sacerdos Missam litare sine ministro, qui eidem inserviat et respondeat.

Minister designat fidelium conventum iuxta illud Divi Thomae (Sum. Theol. p. III q. 83 a. 5 ad 12) « (minister) *gerit personam totius populi catholici* » : id quoque evincitur ab antiquissimo Ecclesiae more iuxta quem presbyter sacra Mysteria gerebat cum assistentia diaconorum et aliorum ministrorum et omnis populus respondebat. Missa celebrata a solo presbytero cum unico ministrante est posterioris temporis. Id patet etiam ab universali et concordi doctrina liturgistarum et moralistarum.

[9] Cfr. Missale Rom., tit. *Rubricae generales missalis*, c. XX, *de praeparatione altaris, et ornamentorum eius.*

[10] Ex Litt. Encycl. *Mediator Dei* (*A. A. S.*, loc. cit., p. 557).

Ceterum nonnullae Missae partes (orationes, « confiteor », « orate fratres » cum responsione « suscipiat » ac versiculi non pauci etc.) numero plurali exprimuntur ad ostendendam praesentiam alicuius ministri sacerdoti assistentis. Praeterea maxime convenit ut sacerdos in celebratione habeat cooperationem seu suffragium unius deservientis, qui ipsum adiuvet ad quosdam ritus explendos et casu repentinae corporis offensionis ei succurrat ac quid sit agendum provideat.

Consuetudo celebrandi Missam sine ministro, immo *nemine praesente*, ortum duxisse videtur in monasteriis.

2. Lex utendi ministro in Missa perpaucas tantummodo patitur exceptiones, quae ab AA. rei liturgicae et moralis peritis uno consilio reducuntur ad sequentes casus:

a) si viaticum ministrari debeat infirmo et minister desit;

b) si urgeat praeceptum audiendi Missam ut populus eidem satisfacere possit;

c) tempore pestilentiae, quando haud facile invenitur qui tale ministerium expleat et secus sacerdos debeat per notabile tempus se abstinere a celebrando;

d) si minister e loco abscedat tempore celebrationis, etiam citra consecrationem et offertorium: quo casu reverentia sancto Sacrificio debita prosecutionem exigit etiam illo absente.

Extra hos casus, pro quibus habetur unanimis auctorum consensus, huic legi derogatur dumtaxat per apostolicum indultum, praesertim in locis missionum.

3. Est tamen prae oculis habendum: inter carentiam ministri et usum alicuius minus idonei inservientis, alteram hypothesim praeferri debere, dummodo minister huiusmodi saltem capax sit explendi praecipuas caeremonias, uti porrigere ampullas, missale transferre, tintinnabulum agitare. [11]

4. Exceptis necessitatis casibus in n. 2 enumeratis, vi citati can. 813 requiritur praesentia ministri in Missae celebratione: rubrica missalis praefert, quantum fieri possit, clericum laico, qui est adhibendus si clericus desit, qui et ipse debet esse masculini sexus: omnes AA. unanimiter docent esse sub mortali prohibitum mulieribus, etiamsi moniales sint, ministrare *ad altare*.

Sapienter igitur Ecclesia prioribus temporibus statuerat esse adhi-

[11] Cfr. Missale Rom., tit. *de defectibus in celebratione Missarum occurrentibus*, c. X, n. 1.

bendum qua ministrum in Missa privata clericum prima tonsura insignitum (S. R. C., *Coll. auth. decr.*, decr. 113, ad VI); et solum temporum decursu, clericis pro tali servitio rarefactis, ex necessitate concessit ut laici adhiberentur praesertim pueri (ibi, decr. 3647, ad VII): qui usus hodie latissime patet.

Ad pueros quod attinet, hi debent sedulo institui ut idonei fiant administri huic pernobili muneri explendo.

5. Casu necessitatis, deficiente viro, clerico aut laico, rel. canon 813 *mulierem* admittit ad servitium s. Missae, sub conditione tamen ut « *ex longiquo respondeat, nec ullo pacto ad altare accedat* ». Id etiam valebat iure Decretalium,[12] ubi legitur « *prohibendum quoque est, ut nulla foemina ad altare praesumat accedere aut presbytero ministrare aut intra cancellos stare sive sedere* »: mulieris igitur ministerium ad hoc reducitur ut *celebranti respondeat:*[13] proinde oportet ut ante Missam omnia sacerdoti commode disponantur quae divino Sacrificio occurrere possint, uti solet fieri in cappellis monialium, cum desit minister.

Ut mulier adhibeatur loco ministri masculini sexus, iuxta relati canonis praescriptum requiritur *iusta causa.*

Indultis vero, quae conceduntur ab hac S. Congregatione, litandi sine ministro, clausula semper adiicitur cavendi nempe « *ut ad mentem can. 813, nedum pueri edoceantur de modo inserviendi s. Missae sed etiam fideles, ipsaeque mulieres addiscant quomodo possint Missae inservire, legendo responsiones sacerdoti celebranti reddendas* ».

Nuper vero Sanctitas Sua aliam clausulam indulto litandi Missam sine ministro inserendam praecepit, nempe « *dummodo aliquis fidelis Sacro assistat* », cui nullimode derogari praestat.

IV – De postulando indulto asservandi Ssmam Eucharistiam in privatis sacellis

1. Preces quae huic S. Congregationi ad huiusmodi indultum implorandum perhibentur, experientia teste, fere numero contendunt cum imploratione privati oratorii: haud raro utrumque indultum una simul petitur, aut statim post impetratum oratorium facultas exposcitur ibi asservandi Ssmam Eucharistiam. Nec uni alterive recusationi acquiescunt oratores, sed instanter, et instantissime non semel, optatum suum consequi nituntur.

[12] C. 1, *de cohabitatione clericorum et mulierum*, III, 2.

[13] S. R. C., *Veronen.*, 27 aug. 1836, ad 8; *Alatrina*, 18 mart. 1899, ad VI; decr. 2745, ad VIII et 4015, ad VI.

Porro ex una parte saepe sponsiones non suppeditantur pro debita reverentia, honore ac iugi adoratione Ss. Specierum; nec semper necessaria certitudo potest comparari de securitate custodiae Earumdem ad normam Instructionis huius S. Congregationis, die 26 maii 1938. [14]

Ex altera parte causae, quibus suffragari precibus contendunt postulatores, ut plurimum ineptae conspiciuntur huic praeclarissimo privilegio indulgendo. Eaedem fere semper reducuntur:

a) ad eucharisticam indultariorum pietatem explendam atque fovendam;

b) ad eorumdem aliqualem benemerentiam, generice plerumque dumtaxat enunciatam, erga Ecclesiam;

c) ad distantiam eorum domus habitationis ab ecclesia ubi Ssma Eucharistia asservatur, ad quam interdum senio aut infirmitate detenti prohibentur accedere pro cotidiana visitatione: et ad alias huiusmodi etiam minoris momenti.

2. Facultas Ssmae Eucharistiae asservandae quandoque petitur pro oratoriis *ruri* (in castris) sitis, ab ecclesiis longe dissitis, ubi aut habitualiter moratur indultarii familia, aut per notabilem anni partem, v. g. aestivo aut autumnali tempore, rusticatur: ibi de more magna protenduntur camporum spatia cum stabili residentia colonorum fundis addictorum, quorum numerus aliquando conspicuus reperitur, quibus graviter aegrotantibus Ssma Eucharistia et pro viatico recipiendo solet inservire.

Longe tamen maior postulationum numerus huius indulti respicit asservationem Ss. Sacramenti in privatis sacellis, in urbe aut pago erectis, in privatum commodum indultariorum personarumque cum ipsis commorantium, quae quidem personae non raro ad numerum valde exiguum reducuntur.

3. Equidem priori casu Sacra haec Congregatio facilius ad indulgendum inducitur ceteris concurrentibus conditionibus et cautelis, tum quod ad securitatem custodiae et reverentiae Sacramento debitae, tum quod ad diuturnam adorationem attinet ex parte fidelium vicinias incolentium, ad rem cavendo in indulto ut per aliquot saltem diei horas oratorii fores pateant iisdem Ssmam Eucharistiam visitare cupientibus.

Altero autem casu ad indulgendum difficiliorem se praebet, posthabitis et instantioribus precibus ab oratoribus porrectis. Abs re non erit in mentem revocare primarium ac primigenium finem asservandarum in

[14] *De Ssma Eucharistia sedulo custodienda* (A. A. S., a. XXX, p. 198 seq.).

ecclesiis Ss. Specierum extra Missam esse administrationem viatici; secundarios vero fines esse S. Communionem diribendam extra Missam in ecclesiis atque adorationem D. N. I. C. sub iisdem speciebus delitescentis.

Asservatio igitur Ssmae Eucharistiae in domesticis sacellis haud opportuna apparet:

a) ex defectu finis praecipui ac primigenii asservationis Ipsiusmet;

b) ex absentia necessitatis frequenter ibi diribendae S. Communionis extra Missam;

c) ex formidine profanationis, irreverentiae aut non satis frequentis adorationis.

4. Ut Ssma Eucharistia custodiri possit in privatis sacellis necessarium est indultum apostolicum; loci Ordinarius hanc licentiam concedere non valet nec per modum actus licet iusta causa intercedat (can. 1265 § 2). Nemini licet Ssmam Eucharistiam apud se retinere aut secum in itinere deferre (cit. can. § 3).

Ex antiqua constantique praxi Apostolica Sedes licentiam asservandi Ssmam Eucharistiam in cappellis domesticis privatarum domorum non solet concedere « *nisi casibus extraordinariis, gravibus de causis, praevia commendatione Episcopi et additis opportunis cautelis* ».

Alte igitur insideat in mentibus Excmorum Episcoporum residentialium *omnia quae infra recensentur simul concurrere debere* priusquam ad facultatem reservationis Ssmae Eucharistiae postulandam inducantur.

Indultum huiusmodi conceditur solummodo:

a) *casibus revera extraordinariis*: qui vero casus, spectata vastitate plus minusve dioecesis, ad minimum sunt coarctandi;

b) *gravibus de causis*: agi enim debet de oratoribus undequaque eximiis, de Ecclesia et religione, sive ob personalia munera praestita aut collatum praecellens beneficium liberalitatemve in pios usus, optime meritis; qui ob apertam fidei professionem, honestatem vitae sive privatae sive publicae, subolisque catholicam institutionem in praeclarum exemplum aliorum fidelium vere emineant;

c) *si preces ab ipso Episcopo personaliter aut Praelato eius successore in munere commendentur;*

d) si in precibus singillatim exhibeantur sponsiones de securitate custodiae; frequenti adoratione ex parte indultarii eiusque familiarium aut etiam extraneorum fidelium; crebra renovatione Ss. Specierum iuxta rubricas; lampadis praesentia diu noctuque collucescentis in oratorio ante tabernaculum; atque observantia ceterarum praescriptionum

liturgicarum quoad debita Ssmae Eucharistiae decus et reverentiam (can. 1265 § 1).

5. Locorum Ordinariis onus incumbit per se vel per alium ecclesiasticum virum frequenter invisendi domesticum sacellum indulto Ssmae Eucharistiae asservandae praeditum atque inspiciendi num omnes liturgicae et canonicae regulae atque speciales clausulae indulto ipsi adiectae adamussim serventur, et si quid deprehenderint quod aut securitati aut congruenti decori et reverentiae officiat, sciant se facultate pollere necessaria adhibendi remedia ad quoslibet abusus avellendos, non excepta ipsa privatione Ssmae Eucharistiae cum oratorio, si rei gravitas postulet, salvo recursu in devolutivo ad Apostolicam Sedem.

Cum Emi ac Revmi Patres Cardinales Sacrae huic Congregationi praepositi praefatam Instructionem sedulo examini subiecissent in Plenariis Comitiis diei 26 m. Martii 1949, eandem probarunt et publici iuris fieri, si ita Sanctissimo placuerit, rescripserunt.

Ssmus autem D. N. Pius Papa XII, in Audientia die 6 m. Septembris 1949 habita ab infrascripto Secretario S. C., Instructionem, de qua supra, certa scientia et matura deliberatione approbare et Apostolica Auctoritate munire dignatus est, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus atque mandavit ut Instructio eadem in *Actorum Apostolicae Sedis commentario officiali* ederetur, ab omnibus sacerdotibus et fidelibus latini ritus sedulo et religiose servanda.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 1 mensis Octobris anno 1949.

✠ B. Aloisi Masella, Ep. Praen., *Pro-Praefectus*

L. ✠ S.

F. Bracci, *a Secretis*.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

POONEN.

DECRETUM

DIOECESIS POONENSIS CLERO SAECULARI INDIGENAE COMMITTITUR

Felicius in dies increscente fidelium catholicorum et presbyterorum saecularium numero in Dioecesi Poonensi, quae pars est territorii Status Unionis Indiae, congruum atque opportunum visum est Revmo Praeposito Generali Societatis Iesu, cuius missionariorum curis Poonensis Dioecesis concredita est, illam tradere regendam atque gubernadam Clero saeculari indigenae.

Itaque Emi ac Revmi Sacri Consilii a Fide Propaganda Patres, in plenariis comitiis die IX huius mensis Maii habitis, re bene ponderata, attentoque voto Excmi P. D. Leonis P. Kierkels, in Statu Unionis Indiae Internuntii Apostolici, sententiae Revmi Praepositi Generalis Societatis Iesu annuendum censuerunt atque praedictam Dioecesim Poonensem, per resignationem Excmi P. D. Henrici Doering et eiusdem translationem ad titularem metropolitanam Ecclesiam Anazarbensem vacantem, Clero saeculari indigenae committendam existimaverunt.

Quam Emorum Patrum sententiam Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Papa XII, in Audientia diei XII eiusdem mensis Maii ab infrascripto huius Sacrae Congregationis Secretario relatam, benigne adprobare ratamque habere dignatus est et praesens ad rem Decretum confici ac publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die XII mensis Maii anno Domini 1949.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodosiopolitan., *a Secretis.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

I

MONITA

DE USU FACULTATUM CONFESSARIIS PER ANNUM SANCTUM TRIBUTARUM DEQUE RATIONE INDULGENTIAE IUBILAEI LUCRANDAE, AD NORMAS CONSTITUTIONUM BENEDICTI XIV, LEONIS XIII ET PII XI EXARATA, AUCTORITATE SS.MI D. N. PII PP. XII AD HODIERNAM DISCIPLINAM ACCOMMODATA EIUSQUE IUSSU EDITA.

Per Apostolicam Constitutionem « Decessorum Nostrorum » die x mensis Iulii datam, paenitentiariis minoribus aliisque in Urbe et suburbio confessariis amplissimae fuere facultates attributae, eo quidem consilio ut iubilaris veniae adeptio facilius redderetur.

Oportet tamen eiusmodi facultates summa prudentia exerceantur, ut finis ille, quem Sancta Mater Ecclesia, piacularem annum indicendo, sibi proposuit, salutarem consequatur effectum uberesque fructus.

Quamobrem Ssmus D. N. Pius divina Providentia Papa XII, quae monita ex decessorum Suorum auctoritate hac super re sapientissimis rationibus iam edita fuerunt, eadem ad recentiora praescripta et ad praesentem disciplinam accommodata, prout infra exponuntur, religiose retinenda esse decrevit, et a singulis, sive Ordinariis, sive confessariis ecclesiarumque rectoribus, accurate servanda.

I. Noscant imprimis in compertoque habeant paenitentiarii aliique confessarii se extraordinariis hisce facultatibus uti posse dumtaxat erga paenitentes qui ad confitendum accedant *ea mente et sincera voluntate* ut Iubilaei veniam consequantur; attamen si paenitens, mutato proposito, ab acquirenda indulgentia Iubilaei destiterit atque cetera opera imperata intermiserit, omnes absolutiones censurarum, si eas excipias quae ad reincidentiam datae sint, itemque commutationes et dispensationes concessae in suo robore permaneant.

Simplices confessarii his facultatibus in sacramentali confessione

tantum uti possunt; paenitentiarii vero etiam in foro interno extra-sacramentali, dummodo de peculiaribus facultatibus ne agatur pro quibus sacramentalis confessio expresse requiratur.

Urbis tamen et suburbii parochi, qui per Constitutionem « Decessorum Nostrorum » anno sancto vertente paenitentiariis annumerantur, peculiarem facultatem habeant iubilares visitationes dispensandi, contrahendi ac commutandi ad normam memoratae Constitutionis sub n. X, non modo cum de paenitentibus agitur, sed etiam cum de singulis fidelibus singulisque familiis paroeciae suae.

II. Quandoquidem facultas absolvendi a peccatis et ab ecclesiasticis censuris, itemque dispensandi ab irregularitate hisce finibus continetur atque circumscribitur, ita ut per piacularis anni celebrationem semel tantummodo cum eodem paenitente exerceri queat, cum scilicet ipsemet iubilarem veniam primum lucretur (cfr. Const. « Decessorum Nostrorum » sub n. XIV); itemque tum solummodo, cum paenitens iam ab alio confessario facultatem habente per anni sancti decursum ab his peccatis atque censuris absolutus non fuerit, vel ab irregularitate dispensatus, summopere necesse est paenitentiarios ac confessarios, ut munere suo rite fungantur, a quolibet paenitente hisce peccatis, censuris vel irregularitate irretito exquirere:

1° utrum iam iubilarem veniam lucrifecerit necne;

2° quodsi eam non lucrifecerit, num, anno sancto vertente, a peccatis vel a censuris reservatis absolutus fuerit; vel ab irregularitate dispensatus.

III. Confessarii praediscant ac memoriâ teneant indicem peccatorum, censurarum, poenarum impedimentorumque omnium, quorum absolutio vel dispensatio in facultatibus sibi concessis non comprehenditur; si qua autem eiusmodi occurrerint, meminisse eos oportet, non aliter posse se paenitenti providere, quam iis religiose servatis quae Codex praescribit can. 2254, 2290, 1045 § 3.

IV. Non praetermittant suam cuique paenitenti salutarem paenitentiam sacramentalem imponere, etiamsi sibi coniicere iure liceat paenitentem plenissimam Iubilaei veniam esse consecuturum.

V. Si quis in occultas censuras ob partem quoquo modo laesam inciderit, eum ne ante absolvant, quam parti laesae, etiam scandalum reparando damnumque sarciendo, satisfecerit: aut saltem, si eiusmodi satisfactionem praestare ante non possit, vere graviterque promiserit se, cum primum licuerit, satisfacturum.

VI. Paenitentiarii, qui a censuris etiam publicis absolvere possunt, hoc exploratum habeant:

Qui aliqua censura fuerint nominatim affecti vel uti tales publice renuntiati, non posse eos tamdiu Iubilaei beneficio frui quamdiu in foro externo non satisfecerint prout de iure. Si tamen contumaciam in foro interno sincere deposuerint et rite dispositos sese ostenderint, posse, remoto scandalo, in foro sacramentali interim absolvi ad finem dumtaxat lucrandi Iubilaeum, cum onere quam primum se subiiciendi etiam in foro externo ad tramitem iuris.

VII. Ad peccatum quod attinet, per can. 894 reservatum ratione sui, paenitentiarii aliique confessarii absolutionem ne impertiant, nisi paenitens falsam denuntiationem formaliter retractaverit, et damna, si qua inde secuta sint, pro viribus reparaverit, imposita insuper gravi et diuturna paenitentia.

VIII. Si de casu agatur, etiamsi occulto, de quo ad can. 2342, prohibeant, sub poena reincidentiae, quominus paenitens in posterum ad illam religiosam domum eiusque ecclesiam accedat. Firmis quidem manentibus poenis, de quibus sub n. 2° eiusdem canonis agitur.

IX. Religiosos, apostatas a religione, ab excommunicatione can. 2385 lata ne absolvant, quamdiu extra Ordinem permanserint; attamen, si ii firmum habeant propositum ad religionem suam redeundi, congruo iisdem praefinito ad id exsequendum tempore, in foro interno absolvant, ea condicione ut in censuram recidant si intra praefinitum tempus ad religionem non redierint. At ii moneantur, se, quamdiu extra suae religionis domum commorentur, ab actibus legitimis ecclesiasticis excludi, privilegiis omnibus suae religionis privari, Ordinario loci commorationis subiici, atque obnoxios esse, etiam postquam redierint, aliis poenis in can. 2385 statutis. Religiosus autem fugitivus, etiamsi ex Constitutionibus suae religionis in excommunicationem inciderit, absolvi, rite dispositus, in foro interno poterit, imposita obligatione ad religionem quam primum redeundi, eadem ratione eademque sub reincidentiae poena, ac pro apostatis a religione cautum est: praeterea, si sit in sacris, ea lege, ut suspensionem observet can. 2386 statutam.

X. Cum de votorum commutatione agitur, id latiore quadam ratione accipiatur ita quidem ut paenitentiarii ac confessarii, pro sua ipsorum prudentia, in opera etiam minoris meriti vota commutare possint.

XI. A lectione librorum prohibitorum, eorum praesertim qui in can. 2318 § 1 sub excommunicationis poena vetantur, ne quemquam absolvant, nisi is libros, quos penes se retinet, Ordinario aut confessario ipsi aut alii, qui facultatem eosdem retinendi habeat, ante absolutionem tradiderit; sin minus, se eos, cum primum potuerit, destructurum aut traditurum, serio promiserit.

XII. Ad facultatem quod attinet sacras visitationes commutandi vel dispensandi, haec animadvertenda sunt:

1° Cum paenitentiarii ceterique confessarii, iusta quidem de causa, Basilicam in aliam ecclesiam commutabunt, iubilares hae visitationes haud dissimili ratione fiant, ac illae quae in Basilicis praescribuntur.

2° Cum aliquis dispensationem obtinuerit unam vel alteram Basilicam invisendi, nulla facta obligatione aliam ecclesiam per commutationem visitandi, noverit idem sacras visitationes quattuor semper habendas esse, quae proinde in reliquis Basilicis fieri debent. Dispensatio enim alicuius Basilicae visitandae idem non est ac sacrarum visitationum numeri imminutio.

3° Si quis vero, praeter dispensationem alicuius Basilicae visitandae, sacrarum etiam visitationum numeri imminutionem petat, paenitentiarii aliique confessarii tot preces eidem recitandas praescribant, quot visitationes dispensatae fuere; quae quidem preces haud absimiles illis esse debent quae in sacris visitationibus adhibentur.

4° Necesse, ceteroqui, non est invisentibus, ut per Portam Sanctam in Basilicas ingrediantur aut de iis exeant; immo, etiam Basilicis clausis vel aditu ad eas quavis de causa impedito, satis erit ad earundem fores vel gradus Deum exorare, praescriptas preces recitando. At visitatio pia ac devota sit oportet, idest facta animo Deum colendi; quem quidem animum ipsa exterior reverentia aliquo modo patefaciat.

5° Vocales preces, quae praescribuntur, alternis etiam vocibus recitari possunt. Mutis vero can. 936 consulitur.

XIII. Cum quatuor Basilicarum visitatio non sit opus per se praeceptum, sed tantummodo iis impositum qui libere velint Iubilaei veniae participes fieri, id visitationis onus, quotiescumque a confessariis privilegiatis debet, ex rationabili causa, totum vel ex parte paenitentibus remitti, ne commutetur in alia opera, quae ad peragenda paenitens sit alio obligationis proprie dictae titulo adstrictus.

XIV. Confessio et Communio ad lucrandam piacularis anni veniam imperatae nihil refert utrum visitationibus quatuor Basilicarum antecedant, an interponantur vel succedant; unum refert et necesse est, ut postremum ex praescriptis opus, quod etiam Communio esse potest, in statu gratiae, ad can. 925 § 1, compleatur. Si quis igitur post confessionem peractam, ultimo nondum completo opere, in letale rursus inciderit. iteret confessionem oportet, si sacram Synaxim debet adhuc suscipere; secus, satis erit, ut, actu contritionis perfectae elicito, cum Deo reconcilietur.

XV. Suspensio facultatum specialium, per Constitutionem « Fore con-

fidimus » die X Iulii huius anni indicta ac denuntiata, ad Urbem eiusque suburbium minime pertinet, cum summopere intersit, per Annum Sanctum, heic sacrorum operariorum copiam et auxilia paenitentibus e culparum caeno ad divinam gratiam revocandis nec imminui nec deficere. Quisquis igitur Romae eiusmodi facultatibus sit legitime munitus, eas per piacularem annum in Urbe et suburbio, intra fines concessionis sibi factae et temporis sibi praestituti, libere exerceat. — Ad indulgentiarum suspensionem quod attinet, eadem Constitutione « Fore confidimus » indictam, cum Apostolica Sedes iam dudum decreverit, nonnullas indulgentias ab usitata per Annum Sanctum suspensione eximi, Ssmus D. N. eiusmodi indulta seu privilegia, etsi de iis in memorata Constitutione siletur, non revocat, modo authentice constet ea ipsa fuisse et revera et in perpetuum concessa, ad can. 70, 71 et 60 § 2.

XVI. Confessarii extra Urbem, qui facultatibus extraordinariis, Iubilaei causâ, per Constitutionem « Iam promulgato » donati sunt, sciant, sibi licere hisce Monitis eatenus uti, quatenus ipsis applicari possint.

Haec *Monita* ad praesentis disciplinae condicionem accommodata, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Papa XII in lucem edi iussit, ut constans et tuta omnibus praesto sit interpretatio et facultatum, quae vigebunt, et operum, quae praestanda sunt ad veniam Iubilaei consequendam, per proximum piacularem annum.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae, die XVII mensis Septembris, anno MDCCCCXXXXIX.

N. Card. CANALI, *Paenitentiarius Maior.*

L. ✠ S.

S. Luzio, *Regens.*

II

FACULTATES

CONFESSARIIS PEREGRINIS CONCESSAE ANNO VERTENTE GENERALIS MAXIMIQUE IUBILAEI MDCCCCL.

I

Facultates speciales quae tribuuntur omnibus Confessariis ***peregrinis qui iam in sua Dioecesi rite approbati sint pro utroque sexu, quibusque pro foro conscientiae et in sacramentali confessione tantum uti valeant:***

1. Absolvendi quaslibet personas sibi confitentes a quibusvis peccatis et censuris a iure reservatis aut Ordinario, aut, etiam speciali modo, Romano Pontifici, *dummodo censurae publicae non sint;* iniunctis salutaribus paenitentiis atque aliis de iure iniungendis.

Ne absolvant igitur, nisi in adiunctis atque ad praescriptum can. 2254 Codicis iuris canonici, eos, qui irretiti sint aliqua censura vel Romano Pontifici personaliter, vel specialissimo modo Apostolicae Sedi reservata. Ne absolvant pariter illos, qui in censuram inciderint, de qua in can. 2388, § 1, Sanctae Sedi reservatam ad normam Decreti « Lex sacri coelibatus » per Sacram Paenitentiariam Apostolicam editi die XVIII mensis Aprilis anni MDCCCCXXXVI (cfr. *Acta Apost. Sedis,* vol. XXVIII, p. 242), itemque ad normam Declarationis ab eadem Sacra Paenitentiaria datae die IV mensis Maii anni MDCCCCXXXVII (cfr. *Acta Apost. Sedis,* vol. XXIX, p. 283); vi cuius Decreti et Declarationis haec censura in casu speciali, de quo agitur, ita Sacrae Paenitentiariae reservatur, ut nemo unquam, excepto periculo mortis, ab ea absolvere possit, ne vi quidem can. 2254.

2. Commutandi in alia pia opera, ex iusta causa, omnia et singula *vota privata,* etiam iurata, exceptis iis votis privatis quae can. 1309 Apostolicae Sedi reservantur; itemque exceptis iis quorum commutatio vergeret in detrimentum tertii, aut commutatio minus arceret a peccato quam ipsum votum.

3. Concedendi dispensationem visitationis alicuius Basilicae eam commutando in visitationem, si fieri potest, alius ecclesiae, immo etiam visitationum numerum imminuendi. Quos vero recte a visitationibus dispensaverint, iis ne indulgeant, ut preces ad mentem Summi Pontificis fundendas, quae a visitatione separari quidem possunt, praetermittant. In commodum tantum aegrotantium eas liceat imminuere.

II

Facultates speciales quae Decem Confessariis ***peregrinis, ab hac S. Paenitentiaria, vel ab Episcopo proprio selectis, tribuuntur ad confessiones sociorum peregrinorum accipiendas, quibusque pro foro conscientiae et in sacramentali confessione tantum uti valeant:***

1. Absolvendi non solum a censuris et excessibus occultis, prout statuitur sub n. I, 1, pro omnibus confessariis peregrinis, sed etiam a censuris *quae sint publicae* in locis ubi commorati sunt paenitentes vel ibi nominatim declaratae sint aut quamvis delictum ad iudicem fori externi iam fuerit deductum, dummodo sint sincere parati quodvis mandatum demisse accipere fideliterque adimplere et scandalum reparare. Huius tamen censurae absolutio in foro externo non suffragabitur. Ne absolvant tamen, nisi ad tramitem can. 2254, praelatos cleri saecularis ordinaria iurisdictione praeditos, superioresque maiores religionis exemptae, qui in censuras *speciali modo* Romano Pontifici reservatas *publice* inciderint.

2. Dispensandi constitutos in Sacris, ad Ordines tantum exercendos, ab irregularitatibus ex delicto occulto, non exclusa irregularitate de qua in can. 985, 4°.

3. Dispensandi circa visitationes quatuor Basilicarum, easque item commutandi eodem modo ac ceteris confessariis conceditur sub n. I, 3.

4. Commutandi in alia pia opera, ex iusta causa, omnia ac singula *vota privata,* iurata quoque et etiam Sedi Apostolicae reservata. Similiter possint commutare votum castitatis perpetuae ac perfectae, etsi fuerit ab origine *publice* emissum in professione religiosa etiam solemni et firmum manserit, aliis huius professionis votis relaxatis. Nullatenus tamen ab eodem illos dispensare possint qui vi Ordinis Sacri ad legem coelibatus tenentur, etiamsi ad statum laicalem redacti sint. A commutatione votorum se abstineant si commutatio tertio praeiudicium afferat ac minus arceat a peccato quam ipsa commutatio.

5. Dispensandi ab occulto impedimento consanguinitatis in tertio vel secundo gradu collaterali, etiam attingente primum, quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium convalidandum, non vero ad contrahendum vel sanandum in radice.

6. Dispensandi ab occulto criminis impedimento, neutro machinante, sive agatur de matrimonio contracto sive de contrahendo, iniuncta, in primo casu, privata renovatione consensus, secundum can. 1135; imposita, in utroque, gravi ac diuturna paenitentia salutari.

MONITA

DE USU FACULTATUM CONFESSARIIS PEREGRINIS TRIBUTARUM

1. His facultatibus specialibus confessarii peregrini ubicumque in Urbe et suburbio, servatis can. 908-910 et de consensu rectorum ecclesiarum, cum sociis peregrinis uti poterunt, ita tamen ut eas valide exercere valeant si unus vel alter peregrinus non socius, cum peregrinis sociis, ad ipsos confitendi causa accedat.

2. Item his facultatibus tantummodo uti poterunt erga paenitentes qui ad confitendum accedant *ea mente et sincera voluntate* ut Iubilaei veniam consequantur; attamen si paenitens, mutato proposito, ab acquirenda indulgentia Iubilaei destiterit atque cetera opera imperata intermiserit, omnes absolutiones censurarum, si eas excipias quae ad reincidentiam datae sint, itemque commutationes et dispensationes concessae in suo robore permaneant.

3. Similiter his facultatibus absolvendi a peccatis et censuris reservatis itemque dispensandi ab irregularitatibus nonnisi *semel* cum eodem paenitente uti poterunt, cum ipse scilicet Iubilaei veniam primum lucretur et tum solummodo cum paenitens iam ab alio confessario, facultatem habente per anni sancti decursum, a peccatis et censuris non fuerit absolutus vel ab irregularitate iam dispensationem non obtinuerit. Ceteras vero facultates — eam etiam visitationes contrahendi aut commutandi ad datam normam sub n. I, 3 — in favorem etiam eiusdem paenitentis semper exercere poterunt.

4. Firmae et immutatae remaneant facultates quas omnes confessarii peregrini per S. Paenitentiariam vel alio legitimo modo consecuti sunt vel consequentur.

5. Haereticos et schismaticos qui fuerint publice dogmatizantes ne absolvant nisi ii, praeter haeresis et schismatis abiurationem, saltem coram ipso confessario factam, scandalum, ut par est, reparaverint. Ne absolvant praeterea eos qui in rerum adiunctis versantur, de quibus agitur in Decreto Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, die 1 mensis Iulii anni MDCCCCXXXXIX edito, de Communismo (cfr. *Acta Apost. Sedis*, vol. XXXXI, pag. 334), nisi eodem modo, uti supra, resipuerint.

6. Ne absolvant eos qui sectis vetitis, massonicis aliisve id genus, nomen dederint, etiamsi occulti sint, nisi, abiurata, saltem coram ipso confessario, secta, scandalum reparaverint et a quavis activa cooperatione vel favore suae cuiusque sectae praestando cessaverint; nisi ecclesiasticos et religiosos, quos sectae adscriptos noverint, ad can. 2336,

§ 2, denuntiaverint; nisi libros, manu scripta et signa, quae eamdem sectam respiciant, quotiescumque adhuc retineant, absolventi tradiderint aut se ea tradituros vel destructuros serio promiserint, imposita, pro modo culparum, gravi paenitentia salutari.

7. A lectione librorum prohibitorum ne quemquam absolvant, nisi is libros, quos penes se retinet, Ordinario aut confessario tradiderit aut se eos traditurum vel destructurum serio promiserit.

8. Si quis in occultas censuras ob partem quoquo modo laesam inciderit, eum ne ante absolvant, quam parti laesae, etiam scandalum reparando damnumque sarciendo, satisfecerit: aut saltem, si eiusmodi satisfactionem praestare ante non possit, vere graviterque promiserit se, cum primum licuerit, satisfacturum.

9. Si de casu agatur, etiamsi occulto, de quo ad can. 2342, prohibeant, sub poena reincidentiae, quominus in posterum accedant ad religiosam domum illam eiusque ecclesiam.

10. Eos, qui bona vel iura ecclesiastica sine venia acquisiverint, ne absolvant nisi aut iis restitutis aut compositione quamprimum a competente auctoritate postulata, aut promissione sincere facta eamdem postulandi, nisi agatur de locis, in quibus a Sede Apostolica aliter iam provisum fuerit.

11. Non praetermittant suam cuique paenitenti salutarem paenitentiam sacramentalem imponere, etiamsi sibi coniicere iure liceat paenitentem plenissimam Iubilaei veniam esse consecuturum.

12. Confessio et Communio ad lucrandam Iubilaei indulgentiam nihil refert utrum visitationibus quatuor Basilicarum antecedant, interponantur vel succedant; unum necesse est ut postremum ex praescriptis opus, quod etiam Communio esse potest, in statu gratiae, ad can. 925, § 1, compleatur. Ab obligatione praescriptae confessionis neminem exsolvant; neque fas est, Communionem in alia pia opera commutare, nisi agatur de aegrotis.

13. Visitationem Basilicarum ne commutent in alia opera, quae ad peragenda paenitens sit alio obligationis propriae dictae titulo adstrictus; et sciant se conscientiam suam oneraturos si inconsulto aut sine iusta causa paenitentem ex eiusmodi visitationibus exemerint.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae, die XVII mensis Septembris, anno MDCCCCXXXXIX.

N. Card. CANALI, *Paenitentiarius Maior.*

L. ✠ S.

S. Luzio, *Regens.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

21 settembre 1945. Al sig. Bouffard Roberto, dell'archidiocesi di Lione.
» » » Al sig. Lepercq Giuseppe, della medesima archidiocesi.
15 marzo 1947. Al sig. Chiriboga Bustamante Luigi, dell'archidiocesi di Quito.
23 maggio 1948. Al sig. Cavrois de Saternault Alessandro G., della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Schaginer Benno, dell'archidiocesi di Vienna.
4 luglio » Al sig. Ollard Giovanni G. A., della diocesi di Northampton.
7 agosto » Al sig. Fleming Alano C., dell'archidiocesi di Ottawa.
» » » Al sig. Mayor Ascanio G., della medesima archidiocesi.
11 » » Al sig. Séjourne Giuseppe, della diocesi di Orléans.
21 » » Al sig. Berteaux Renato, dell'archidiocesi di Parigi.
25 » » Al sig. Léger Teodoro Luigi, dell'archidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Marlier Leone, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Piret Modesto, della medesima archidiocesi.
18 settembre » Al sig. Sanchez Epimenio M., dell'archidiocesi di Angelopoli.
22 » » Al sig. Duroy de Bruignac Giovanni, dell'archidiocesi di Reims.
18 gennaio 1949. Al sig. Furbetta Antonio, della diocesi di Fabriano.
» » » Al sig. Sassi Romualdo, della medesima diocesi.
3 febbraio » Al sig. Haddad Tewfick, del patriarcato di Antiochia dei Melchiti.
» » » Al sig. De Antoni Pietro, dell'archidiocesi di Udine.
9 » » Al sig. Bartolotta Francesco (Italia).
17 » » Al sig. Landini Giacomo, della diocesi di Guastalla.
» » » Al sig. Piovesana Umberto, della diocesi di Vittorio Veneto.
23 » » Al sig. Mittoni Gino, dell'archidiocesi di Udine.

5 marzo 1949. Al sig. Sanabria Edgardo, dell'archidiocesi di Caracas.
» » » Al sig. Sosa B. Rodriguez Luigi, della medesima archidiocesi.
7 » » Al sig. Scaglia Giovanni Battista, della diocesi di Bergamo.
23 » » Al sig. Arangi Guido (Roma).
12 aprile » Al sig. Carabellese Domenico, della diocesi di Molfetta.
» » » Al sig. Pastrana Borrero Misael (Colombia).
» » » Al sig. Rossi Giovanni (Roma).
15 » » Al sig. Gallad Edgardo bey (Egitto).
» » » Al sig. Ziwer Medhat (Egitto).
26 » » Al sig. Gabbianeta Luigi, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. De Ninno Giuseppe (Roma).
» » » Al sig. Pisa Achille, della diocesi di Sora.
30 » » Al sig. van Goethem Fernando, della diocesi di Gand.
» » » Al sig. Vandeputte Renato, dell'archidiocesi di Malines.
6 maggio » Al sig. Galtrucco Giuseppe, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Ruiz Castillo Umberto, dell'archidiocesi di S. Domingo.
22 » » Al sig. Cardente Rodosindo (Roma).
24 » » Al sig. Lauria Fernando Maria (Argentina).
9 giugno » Al sig. Capitini Pietro, dell'archidiocesi di Milano.
15 » » Al sig. Garibi Tortolero Emanuele, dell'archidiocesi di Messico.
» » » Al sig. Ladelci Francesco (Roma).
» » » Al sig. Serafini Filippo (Roma).
17 » » Al sig. Pietrini Michelangelo, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Goretti Nicola, della diocesi di Tivoli.
19 » » Al sig. Casa Raffaele (Roma).
21 » » Al sig. Guardia Tommaso (Panama).
25 » » Al sig. Daneri Roberto (Roma).
3 luglio » Al sig. Censi Gaetano, dell'archidiocesi di Fermo.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 giugno 1945. Al sig. Franc Bernard Giuseppe, della diocesi di Nevers.
4 aprile 1946. Al sig. Christ Giorgio, della diocesi di Strasburgo.
» » » Al sig. Ohresser Carlo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Ritling Giorgio, della medesima diocesi.
30 » 1947. Al sig. Schies Oscar, della medesima diocesi.
3 febbraio 1948. Al sig. Pražák Venceslao, dell'archidiocesi di Praga.
23 maggio » Al sig. Edmonstoun Cranstowne Carlo Giuseppe, dell'archidiocesi di Glasgow.
» » » Al sig. McFadden Patrizio della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. McGlynn Patrizio, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Boulangé Enrico G., della diocesi di Lilla.

23	maggio	1948.	Al sig. Chevalier Leone, della diocesi di Tournai.
14	giugno	»	Al sig. Russel Francesco G., dell'archidiocesi di Winnipeg.
26	»	»	Al sig. Delbaere Pietro, della diocesi di Bruges.
»	»	»	Al sig. Blanchot Raimondo, dell'archidiocesi di Parigi.
8	luglio	»	Al sig. Chamussy Giovanni, dell'archidiocesi di Lione.
»	»	»	Al sig. Gindre Carlo, della medesima archidiocesi.
14	»	»	Al sig. Boutte Giovanni, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al sig. Roux Massimo G., della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al sig. Vernay Giovanni P. J., della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al sig. Vialle Giovanni M., della medesima archidiocesi.
20	»	»	Al sig. Jalenques Giuseppe, della diocesi di Le Puy-en-Velay.
»	»	»	Al sig. Pradier Giuseppe, della medesima diocesi.
7	agosto	»	Al sig. Billy Luigi G., dell'archidiocesi di Ottawa.
»	»	»	Al sig. Bonhomme Paolo, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al sig. Dumont Alberto, della medesima archidiocesi.
11	»	»	Al sig. Liger Pietro, della diocesi di Orléans.
21	»	»	Al sig. Cotteau de Simencourt Luigi, della diocesi di Amiens.
»	»	»	Al sig. Truquin Giulio, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Armandon Enrico, della diocesi di La Rochelle.
»	»	»	Al sig. Herr Maurizio, dell'archidiocesi di Parigi.
»	»	»	Al sig. Pelissier Giovanni, della medesima archidiocesi.
27	»	»	Al sig. Ribollet Alberto, della diocesi di Nizza.
8	settembre	»	Al sig. Gorez Eugenio, dell'archidiocesi di Cambrai.
18	»	»	Al sig. de Vailly Giuseppe, della diocesi di Arras.
9	novembre	»	Al sig. Hubert Francesco, della diocesi di Namur.
19	»	»	Al sig. Railliet Giorgio, dell'archidiocesi di Reims.
9	dicembre	»	Al sig. Patella Francesco, della diocesi di Teramo.
»	»	»	Al sig. Thaliath Giuseppe, dell'archidiocesi di Trivandrum.
11	»	»	Al sig. Lemineur Emilio, dell'archidiocesi di Malines.
»	»	»	Al sig. Van Roosbroeck Giuseppe, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al sig. Avery Giorgio, della diocesi di S. Giacinto.
»	»	»	Al sig. Cocho Paolo, della diocesi di Saint-Brieuc.
»	»	»	Al sig. Gombault Giovanni, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Vallet Augusto, della medesima diocesi.
17	»	»	Al sig. Chaussin Giuseppe, della diocesi di Belley.
28	gennaio	1949.	Al sig. Bernardi Augusto, dell'archidiocesi di Milano.
»	»	»	Al sig. Culligan Emmet Giuseppe, della diocesi di San Diego.
»	»	»	Al sig. Dowd Riccardo E., della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Fiegel Francesco Saverio, della medesima diocesi.

22 gennaio 1949. Al sig. Goodbody Leroy Edoardo, della medesima diocesi.
30 » » Al sig. Amato Alfredo, della diocesi di Caserta.
3 febbraio » Al sig. Mpozi Cornelio, del vicariato apostolico di Kivu.
17 » » Al sig. Vitale Alfonso, dell'archidiocesi di Catanzaro.
» » » Al sig. Monni Giovanni, della diocesi di Chiusi e Pienza.
» » » Al sig. Colella Michele, della diocesi di Ischia.
» » » Al sig. D'Abundo Emanuele, della medesima diocesi.
19 » » Al sig. Sorano Gabriele Desiderato Maria, del vicariato apostolico di Dakar.
» » » Al sig. Arbide Nicanore, dell'archidiocesi di Messico.
13 marzo » Al sig. Pecoraro Antonino, dell'archidiocesi di Palermo.
23 » » Al sig. Trifone Gaetano, della diocesi di Avellino.
» » » Al sig. Jonlet Giovanni (Congo Belga).
4 aprile » Al sig. Piccone Giuseppe, della diocesi di Ventimiglia.
6 » » Al sig. Gurgel Valente Ernesto, dell'archidiocesi di S. Sebastiano di Rio de Janeiro.
26 » » Al sig. Brennan Giorgio Edoardo, della diocesi di Alexandria (Canadà).
» » » Al sig. Chevrier Arturo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Di Giulian Carlo, della diocesi di Concordia.
» » » Al sig. Valenti Onofrio, dell'archidiocesi di Monreale.
30 » » Al sig. Reiss Guglielmo A., dell'archidiocesi di Milwaukee.
» » » Al sig. Reisweber Augusto, della medesima archidiocesi.
2 maggio » Al sig. Mira Izguierdo, della diocesi di Madrid.
» » » Al sig. Miranda González Giovanni, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Pastor Mateos Enrico, della medesima diocesi.
17 giugno » Al sig. Venier Francesco, dell'archidiocesi di Milano.
23 luglio » Al sig. Morel Giovanni Bartolomeo (Francia).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

19 novembre 1948. Al sig. de Rostanj Giuseppe, dell'archidiocesi di Albi.
» » » Al sig. Pons de Villeneuve Luigi, della medesima archidiocesi.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

23 maggio 1948. Al sig. Garcia Moreno Gabriele, della diocesi di Bolivar.
7 agosto » Al sig. Morriset Maurizio, dell'archidiocesi di Ottawa.
9 dicembre » Al sig. Tellier Ireneo, dell'archidiocesi di Malines.
11 » » Al sig. Therasse Gastone, della medesima archidiocesi.
31 » » Al sig. Collin Ferdinando, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Van den Berghe Isidoro, della medesima archidiocesi.
28 gennaio 1949. Al sig. Centeleghe Giovanni Romano, della diocesi di Feltre.

30 gennaio 1949. Al sig. Lodati Roberto, della diocesi di Caserta.
» » » Al sig. Menna Vincenzo, della medesima diocesi.
17 febbraio » Al sig. Berio Stefano, della diocesi di Albenga.
» » » Al sig. Russo Giuseppe, dell'archidiocesi di Benevento.
» » » Al sig. Rodriguez Oscar, della diocesi di Iglesias.
» » » Al sig. D'Ascia Guglielmo, della diocesi di Ischia.
» » » Al sig. Cocilova Giovanni (Roma).
» » » Al sig. Camerotto Domenico, della diocesi di Vittorio Veneto.
» » » Al sig. Paoletti Gaspare, della medesima diocesi.
5 marzo » Al sig. Smith Warren, dell'archidiocesi di Caracas.
» » » Al sig. Ciampa Giacomo, della diocesi di Castellammare di Stabia.
» » » Al sig. De Julio Achille, della medesima diocesi.
7 » » Al sig. Terzoli Enrico, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Alessandri Carlo (Roma).
» » » Al sig. Sovali Augusto (Roma).
13 » » Al sig. La Barbera Gioacchino, dell'archidiocesi di Palermo.
4 aprile » Al sig. Guenzani Giuseppe, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Nicolini Fausto (Roma).
» » » Al sig. Rogger Guido, della diocesi di Treviso.
» » » Al sig. Moroni Carlo, della diocesi di Ventimiglia.
6 » » Al sig. Thomaz Gioacchino, dell'archidiocesi di San Sebastiano di Rio de Janeiro.
12 » » Al sig. Torelli Armando, della diocesi di Guastalla.
15 » » Al sig. Lugol Giovanni (Egitto).
21 » » Al sig. Minghetti Guido (Roma).
26 » » Al sig. Umili Raffaele, dell'archidiocesi di Capua.
» » » Al sig. Zerbi Carlo, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Fossati Renato, della diocesi di Tortona.
30 » » Al sig. Jannotta Antonio (Roma).
6 maggio » Al sig. De Sanna Armando, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Borrelli Filippo (Roma).
22 » » Al sig. Ravaioli Giuliano, della diocesi di Forlì.
9 giugno » Al sig. De Gressi Adalberto, dell'archidiocesi di Gorizia.
» » » Al sig. Chierici Umberto, dell'archidiocesi di L'Aquila.
17 » » Al sig. Monaco Augusto, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Vismara Francesco, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. D'Aristotile Gaetano, della diocesi di Teramo.
26 » » Al sig. Onghena Alberto, dell'archidiocesi di Malines.
29 » » Al sig. Traglia Emilio (Roma).
3 luglio » Al sig. Miorini Alberto, della diocesi di Novara.
» » » Al sig. Pavesi Mario, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Poscio Ferdinando, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Marazzi Pietro, della diocesi di Reggio Emilia.

3 luglio 1949. Al sig. Morini Valentino, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Pasquali Vasco, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Ferrari Giuseppe (Roma).
» » » Al sig. Niccolini Silvio, dell'archidiocesi di Trento.
13 » » Al sig. Focaccia Nicola, della diocesi di Pontremoli.
» » » Al sig. Quartieri Giovanni, della medesima diocesi.
17 » » Al sig. Musella Vincenzo (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

28 gennaio 1948. Al sig. Bernardini Giuseppe, della diocesi di Agrigento.
3 febbraio » Al sig. Dušek Carlo, dell'archidiocesi di Praga.
» » » Al sig. Klíma Stanislao, della medesima archidiocesi.
13 aprile » Al sig. Keldorfer Vittore, dell'archidiocesi di Vienna.
23 maggio » Al sig. Krammer Ottone, della medesima archidiocesi.
4 luglio » Al sig. Cadieux Carlo, della diocesi di Valleyfield.
7 agosto » Al sig. Birdwhistle Matteo G., dell'archidiocesi di Ottawa.
» » » Al sig. Philias Laurin Giuseppe, della medesima archidiocesi.
26 ottobre » Al sig. Chanoine Giuseppe, dell'archidiocesi di Malines.
17 dicembre » Al sig. Buscemi Filippo, dell'archidiocesi di Catania.
31 dicembre » Al sig. De Preter Giovanni, dell'archidiocesi di Malines.
28 gennaio 1949. Al sig. Perini Emilio, della diocesi di Vicenza.
7 febbraio » Al sig. Vogliotti Federico, dell'archidiocesi di Torino.
17 » » Al sig. Lascaro Alberto, dell'archidiocesi di Matera.
» » » Al sig. Romeo Nicola, della diocesi di Montepulciano.
» » » Al sig. Nelken Leone (Roma).
» » » Al sig. Onori Natale (Roma).
» » » Al sig. Teri Renato (Roma).
» » » Al sig. Manzolillo Rocco, della diocesi di Teggiano.
» » » Al sig. Rizzi Francesco, della diocesi di Vittorio Veneto.
27 » » Al sig. Battisti Angelo (Roma).
5 marzo » Al sig. Vasconi Gaetano, della diocesi suburbicaria di Albano.
7 » » Al sig. D'Ippolito Vincenzo, della diocesi di Oria.
» » » Al sig. Angelini Natale (Roma).
» » » Al sig. Saraceni Gioacchino (Roma).
23 » » Al sig. Crisi Valentino, dell'archidiocesi di L'Aquila.
» » » Al sig. Cicchetti Amleto., della diocesi di Rieti.
» » » Al sig. Pasquali Francesco, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Piselli Carlo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Conti Danilo (Roma).
» » » Al sig. Schiavoni Antonio (Roma).
4 aprile » Al sig. Rossiello Michele, della diocesi di Bitonto.
» » » Al sig. Macchi Antonio, dell'archidiocesi di Rodi.

4	aprile	1949.	Al sig. Conti Giuseppe (Roma).
»	»	»	Al sig. Rocchetti Vittorio, dell'archidiocesi di Trento.
22	»	»	Al sig. Peroni Bruno, dell'archidiocesi di Milano.
»	»	»	Al sig. Alessi Saverio, della diocesi di Montalto.
»	»	»	Al sig. Brizzolari Enrico (Roma).
»	»	»	Al sig. Maccari Costantino (Roma).
»	»	»	Al sig. Frandi Giorgio (Roma).
»	»	»	Al sig. Lucca Mario, dell'archidiocesi di Udine.
26	»	»	Al sig. Salamone Raimondo, della diocesi di Agrigento.
»	»	»	Al sig. Rosi Remo, dell'archidiocesi di Modena.
»	»	»	Al sig. Rossi Angelo, dell'archidiocesi di Napoli.
»	»	»	Al sig. Motolese Lazzaro Antonio, dell'archidiocesi di Taranto.
»	»	»	Al sig. Brero Giovanni, dell'archidiocesi di Torino.
6	maggio	»	Al sig. Bizzozero Giulio, dell'archidiocesi di Milano.
»	»	»	Al sig. Invernizzi Rinaldo, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al sig. De Filippi Aldo (Roma).
9	»	»	Al sig. Dupuis Giovanni, della diocesi di Tournai.
22	»	»	Al sig. Bruno Ottavio, della diocesi di Casale Monferrato.
»	»	»	Al sig. Zibetti Angelo, dell'archidiocesi di Milano.
26	»	»	Al sig. Fraschetti Cesare, della diocesi di Veroli.
15	giugno	»	Al sig. Rocchi Giuseppe (Roma).
17	»	»	Al sig. Derelli Ernesto, della diocesi di Brescia.
»	»	»	Al sig. Colosimo Domenico, della diocesi di Cariati.
»	»	»	Al sig. Cappellini Angelo, della diocesi di Cremona.
»	»	»	Al sig. Abrate Tommaso, della diocesi di Fossano.
»	»	»	Al sig. Pinto Salvatore, della diocesi di Ischia.
»	»	»	Al sig. Bardessono Giacomo, della diocesi di Ivrea.
»	»	»	Al sig. Tenaglia Mario, dell'archidiocesi di L'Aquila.
»	»	»	Al sig. Gallotti Arnaldo, dell'archidiocesi di Milano.
25	»	»	Al sig. Joller Ottmar (Roma).
3	luglio	»	Al sig. Sironi Claudio, dell'archidiocesi di Milano.
»	»	»	Al sig. Della Valle Ermenegildo, della diocesi di Novara.
»	»	»	Al sig. Piana Virginio, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Sgaria Giovanni, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Vasino Stefano, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Bertasio Pietro (Roma).

PAG.

Gregorii Grassi, Episcopi Orthosiensis Vicarii Apostolici de Scian-si Septentr., modo Archidioecesis Taeitienen., Francisci Fogolla, Episcopi Bagen. eius coadiutoris, Antonini Fantosati, Episcopi Adraen. Vicarii Apostolici Hunanen. Meridionalis, modo dioecesis Hemceuven. ex Ordine Fratrum Minorum, et XXVI Sociorum Martyrum. – 25 Februarii 1949 . . 472

III. *Corisopiten.* – Decretum de virtutibus pro beatificatione Ven. S. D. Iuliani Maunoir, Sacerdotis professi Societatis Iesu. – 6 Martii 1949 474

IV. *Urbis et Orbis.* – Decretum. De lampade Ssmi Sacramenti et de luminibus in Sacris Functionibus adhibendis. – 18 Augusti 1949 476

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Segreteria di Stato: *Nomine e Onorificenze* 478

(An. XXXXI, n. 12 – 3 Octobris 1949)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

PAG.

I. *Leopoldinensis.* – Canonicorum Capitulum in Cathedrali Ecclesia Leopoldinensi erigitur. – 30 Aprilis 1949 . 481

II. *Bombayensis* (Ahmedabadensis). – Ab Archidioecesi Bombayensi territorii pars seiungitur, quae in novam dioecesim, Ahmedabadensem nomine, erigitur. – 5 Maii 1949 483

LITTERAE APOSTOLICAE

I. *Priscam Goae.* – Templum, cuius titulus « Bom Iesus », in medio loco veteris Goae civitatis, intra fines Patriarchatus Indiarum Orientalium exstans, privilegiis Basilicae minoris honestatur. – 20 Martii 1946 . . . 486

II. *Mirabile itidemque.* – Basilicae minoris honoribus decoratur Ecclesia Cathedralis Virodunensis, in Gallia. – 8 Septembris 1947 490

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Instructio. Ad locorum Ordinarios pro postulandis apostolicis indultis: 1) Oratorii domestici cum suis extensionibus; 2) Altaris portatilis; 3) Litandi Missam sine ministro et 4) Asservandae Ssmae Eucharistiae in privatis sacellis. – 1 Octobris 1949 493

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

Poonen. – Decretum. Dioecesis Poonensis Clero saeculari indigenae committitur. – 12 Maii 1949 512

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

I. Monita: de usu facultatum Confessariis per Annum Sanctum tributarum deque ratione Indulgentiae Iubilaei lucrandae, ad normas Constitutionum Benedicti XIV, Leonis XIII et Pii XI exarata, auctoritate Ssmi D. N. Pii Pp. XII ab hodiernam disciplinam accommodata eiusque iussu edita. – 17 Septembris 1949 . . . 513

II. Facultates: Confessariis peregrinis concessae Anno vertente generalis maximique Iubilaei MDCCCCL. – 17 Septembris 1949 518

Monita: de usu facultatum Confessariis peregrinis tributarum. – 17 Septembris 1949 520

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Segreteria di Stato: *Onorificenze* . . . 522

LIBRERIA EDITRICE VATICANA
CITTÀ DEL VATICANO

CODEX IURIS CANONICI

PII X PONTIFICIS MAXIMI iussu digestus, BENEDICTI PAPAE XV auctoritate promulgatus, praefatione Emi Petri Card. Gasparri et indice analytico-alphabetico auctus.

Volumina pro varia forma pretium:

editio in-32° (cm. 8×12), volumen ex charta indica, linteo anglico contectum cum titulo aureo Lit. 1300 ($ 2,80);

editio in-12° cum Fontium annotatione (cm. 12,5×19,5), volumen solutum Lit. 1000 ($ 2). Linteo contectum Lit. 1300 ($ 2,80);

editio in-18° (cm. 9,5×15), volumen solutum Lit. 600 ($ 1,50). Linteo contectum Lit. 900 ($ 2);

In his editionibus habetur Apostolica Constitutio Pii Pp. XII *De Sede Apostolica vacante et de Romani Pontificis electione*, anno 1945 data.

editio in-8°, cum Fontium annotatione (cm. 16,5×26), volumen solutum Lit. 800 ($ 1,80)

PETRI CARD. GASPARRI

TRACTATUS CANONICUS DE MATRIMONIO, Editio nova ad mentem Codicis I. C. - Vol. I, pp. 472 - Vol. II, *cum alligatis. In brochure*, pp. 620

In Italia L. 700 — Estero $ 2

CATECHISMUS CATHOLICUS

In-12°, pp. 488 - In Italia L. 100 - Estero $ 0,50

BRUNO CARD. IOSEPH

CODICIS IURIS CANONICI INTERPRETATIONES AUTHENTICAE

seu responsa a Pontificia Commissione ad Codicis canones authentice interpretandos ab anno 1917 ad annum 1935 data, et in unum collecta atque Romanorum Pontificum actis et Romanae Curiae decisionibus aucta (pag. VIII-228), addita *Appendice* ab anno 1936 ad annum 1940 (pag. VIII-38), — In Italia L. 100 — Estero $ 0,50.

— **Appendix**, ab anno 1936 ad annum 1940 (pp. VIII-38), in-8° — In Italia L. 20 — Estero $ 0,10.

ORDO IN CONCILIO PLENARIO SERVANDUS

In-8° di pp. 75 L. 50 — estero $ 0,50

Breve e sicura guida per la celebrazione dei Concili plenari ed anche provinciali. Contiene, aggiornate e ordinate, tutte le prescrizioni e norme canoniche e liturgiche al riguardo che diversamente occorrerebbe ricercare in altre fonti (Concilio Tridentino, Pontificale Romano, Cerimoniale dei Vescovi, Codice Diritto Canonico e Concili plenari vari)

Sac. ALAPHRIDUS OTTAVIANI

COMPENDIUM IURIS PUBLICI ECCLESIASTICI

in usum Auditorum S. Theologiae, pp. VIII-504, Editio altera, iterum impressa, 1943
L. 800 ($ 1,60)

INSTITUTIONES IURIS PUBLICI ECCLESIASTICI

EDITIO TERTIA

Vol. I, Ecclesiae constitutio socialis et potestas pp. XVI-452. 1947. Lib. 1000 ($ 2)
Vol. II, Ecclesia et Status, pp. VII-497. 1948. Lib. 1000 ($ 2)